JUSSU Illustrissimi Sigillorum Franciæ Custodis legi opus cui titulus : *Bibliotheca Bibliothecarum nova*, a R. P. Domno BERNARDO DE MONTFAUCON, Mon. Bened. tipisque dignissimum Censui. Lutetiæ Parisiorum 31. Julii 1736.

LANCELOT.

BIBLIOTHECA

BIBLIOTHECA
BIBLIOTHECARUM NOVA.

BIBLIOTHECA VATICANA.

AB hac Bibliotheca, quæ diu omnium celeberrima fuit, exordium ducimus. Illam per duos & dimidium annos, quos Romæ transegi, frequens adii; nec raro etiam a summo mané ad vesperam usque, allatis mecum cibariis, in illa cum sodali meo, paucis codicibus evolvendis, conferendis, exscribendis operam dedi. Neque enim putes, penes mé fuisse in tanto temporis spatio, codices Græcos & alios omnes pro lubito lustrare & evolvere, quod tamen summopere optabam. A

Attamen ex illa celeberrima Bibliotheca innumera pene proferenda habemus; tum ex iis quæ D. Claudius Stephanotius Congregationis S. Mauri in curia Romana Procurator Generalis per multum annorum curriculum ex illa Bibliotheca exscripserat, tum ex aliis bene multis, quæ collegi, quæque mox in lucem proferentur. Incipiam a quibusdam, quæ dum Romæ degerem observavi: deindeque cætera omnia proferam quæ de eadem Bibliotheca undequaque decerpere potui. B

PEr Romanum otium, quod certe nunquam mihi otiosum fuit, Literas accepi a viro clarissimo & Græce doctissimo Boivinio, ex Bibliothecæ Regiæ custodibus altero, qui rogabat, in Vaticanis codicibus explorarem, quo ordine jacerent Epistolæ Platonis. In ordine enim Epistolarum varietatem observabat vir quidam doctus & Platonis studiosissimus. Huic ergo rei strenuam dedi operam & Vaticanos codices omnes lustravi. C

In codice 1376. omnium qui oblati mihi fuere vetustissimo, hunc ordinem, Typis edito Platone destitutus, observavi. D

I

Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν
Διατρίψας ἐγὼ παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον.

II

Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν
Ἤκουσα Ἀρχεδήμου ὅτι σύ.

III

Πλάτων Διονυσίῳ,
Εὖ χαίρειν ἐπιστείλας ἆρ' (*alias* ἄρ') ὀρθῶς ἂν τυγχάνοιμι.

IV

B Πλάτων Δίωνι Συρακουσίῳ εὖ πράττειν.
Οἶμαι μὲν φανερὰν εἶναι διὰ παντός.

V

Πλάτων Περδίκκᾳ εὖ πράττειν.
Εὐφραίῳ μὲν συνεβούλευσα καθάπερ.

VI

Πλάτων Ἑρμαίῳ, καὶ Ἐράστῳ καὶ Κορίσκῳ εὖ πράττειν
Ἐμοὶ φαίνεται θεῶν τις ὑμῖν τύχην ἀγαθήν.

In hac Epistola deficit codex in hæc verba.
C ἂν δ' ἔτι τις ὑμῶν ἄρα ταύτην πλείω δέηται, τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ παν.... Cæteræ Epistolæ hic desiderantur.

COdex Vaticanus 1461. perinde sex priores Epistolas refert, hoc uno excepto discrimine; in titulo Epistolæ VI. pro Κορίσκῳ; scribitur Διοσκόρῳ.

Reliquæ Epistolæ hoc ordine sunt.

VII

D Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.
Ἐπεστείλατέ μοι νομίζειν δεῖν.

VIII

A Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις εὖ πράττειν.
Α' δ' ἂν διαπραχθέντος μάλιστα εὖ πράττοιτε.

IX

Πλάτων Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.
Ἀφίκοντο πρὸς ὑμᾶς οἱ περὶ Ἀρχιππον.

X

Πλάτων Ἀριστοδώρῳ εὖ πράττειν.
Ἀκούω Δίωνος ἐν τοῖς μάλιστα ἑταῖρον.

XI

Πλάτων Λαοδάμαντι εὖ πράττειν.
Ἐπεστείλαμέν σοι.

XII

B Πλάτων Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.
Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόνθ' ὑπομνήματα.

In boc codice 1461. ad hanc Epiſtolam, cui nullus numerus apponitur, hoc in margine annotatur, ἀντιλέγεται ὡς οὐ Πλάτωνος, *in controverſiam vocatur num Platonis ſit*, vel *quidam negant eſſe Platonis*. Illam etiam ſpuriam & longioris fragmentum eſſe ſuſpicatur Henticus Stephanus, p. 359.

XIII

Πλάτων Διονυσίῳ τυράννῳ Συρακουσῶν εὖ πράττειν.
Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔστω καί.

In codice Vaticano 1467.

I

Πλάτων Διονυσίῳ.
Πῶς χρὴ ἐμὲ καὶ σὲ ἔχειν πρὸς ἀλλ.

II

Τῷ αὐτῷ.
Μεγίστη φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν.

III

Τῷ αὐτῷ.
Διατρίψας ut ſupra.

IV

Τῷ αὐτῷ.
Ἤκουσα Ἀρχ-

V

Δίωνι.
Οἶμαι (ſic mendoſe) μὲν φανερὸν εἶναι.

VI

Περδίκᾳ (ſic).
Εὐφραίνῳ (ſic mendoſe) μὲν συνεβ- legendum Εὐφραίῳ.

VII

Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ.
Ἀφίκοντο, &c.

VIII

Ἀριστοδώρῳ.
Ἀκούω Δίωνος.

IX

Πλάτων Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.
Τὰ μὲν παρὰ σοῦ.

X

Πλάτων Λαοδάμαντι εὖ πράττειν.
Ἐπεστείλαμέν σοι καὶ πρότερον.

XI

Πλάτων Διονυσίῳ τυράννῳ Συρακουσῶν εὖ πράττειν.
Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς.

XII

Πλάτων Ἑρμείᾳ καὶ Ἐράστῳ καὶ Κορίσκῳ εὖ πράττειν.
Ἐμοὶ φαίνεται.

XIII

Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.
Α' δ' ἂν διαπραχθέντος.

XIV

Πλάτων Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.
Ἐπεστείλατέ μοι.

Quæ ad Hermæum, Eraſtum & Coriſcum inſcribitur, poſt hæc verba, ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρὴ, ſic effertur in duobus illis codicibus, μάλιστα μὲν ἀθρόους: εἰ δὲ μὴ, κατὰ δύο κοινῇ, κατὰ δύναμιν ὡς οἷόν τε ἐστὶ πλειστάκις, καὶ χρῆσθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ. ὅ ἐστι δίκαιον ἐπομνύντας. σπουδῇ τε ἅμα, alius σπουδῇ τε μάλα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδιᾷ. Καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύντας ὃν ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων.

In Græco Editionis Henrici Stephani paulo ante finem legitur, εἰ δὲ μὴ κατὰ δύναμιν ὡς οἷόν
C τε ἐστὶ πλειστάκις. ubi illud, κατὰ δύο κοινῇ ſupra politum deſideratur; tamenque in Joannis Serrani interpretatione Latina exprimitur, qui totum hunc locum ſic convertit. *Hanc Epiſtolam a vobis tribus legendam cenſeo, & tunc quidem quum omnes una adfueritis: ſin minus, duobus communiter præſentibus, & quantum fieri poterit, ſæpiſſime: & quidem ita ut pacto teſſera & lex certa a vobis conſtituatur, & jurejurando confirmetur, non ſine erudita illa ſtudii germana diſciplina: obteſtantibus Deum, rerum omnium, & quæ ſunt & quæ erunt, Imperatorem, illiuſque Imperatoris & cauſæ patrem: quem quidem, ſi revera philoſophemur, omnes perſpicue cognoſcemus, quantum quidem illa cognitio in felicium virorum facultatem cadere poteſt.*

Sunt qui putent hic Platonem de Trinitate loqui, & Patrem atque Filium commemorare, illamque diſciplinam hauſiſſe ex Phœnicibus
D vel ex Judæis. At præterquam quod non certum eſt Judæos tunc temporis Trinitatem agnoviſſe, non ita facile eſt in tam perplexa verborum ſerie, quid Plato in mente habuerit intelligere. Henricus Stephanus certe, qui Trinitatem perſonarum admittebat, illorum opinionem explodit. Nos vero aliis rem excutiendam mittimus.

In Edito certe Henrici Stephani non pauca ſunt, quæ ſi titulos & initia ſpectes, cum manuſcriptis Vaticanis non conſonant. Nam quæ prima eſt in Edito & ſic inſcribitur, Δίων Διονυσίῳ εὖ πράττειν, cujus initium, διατρίψας ἐγὼ παρ' ὑμῖν. Hanc Epiſtolam Platoni male adſcribunt tres codices Vaticani, eſt enim vere Dionis ut ex ſerie liquet.

E Tertiæ porro Epiſtolæ, quæ eſt Platonis Dionyſio, initium recte habet in tribus Vati-

canis, οὐ χαίρειν ἐπιστείλας; male in Edito χαίρειν ἐπιστείλας, vitium restituere conatur Henricus Stephanus in notis. Ubi vide sis.

Quintam, quam in Edito & in tribus manuscriptis inscriptam cernimus Πλάτων Περδίκκᾳ, & cujus initium est Εὐφραίῳ μὲν συνεβούλευσα, putat Henricus Stephanus Dionis esse.

In tertio autem Vaticano codice non pauca observanda occurrunt. Duæ priores Epistolæ Platonis Dionysio, quarum initium est, primæ, Πῶς χρὴ ἐμὲ καὶ σὲ ἔχειν; secundæ vero, Μεγίστη φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν, neque in Edito, neque in aliis duobus Vaticanis codicibus comparent. Exscripsissem utique ego, si Typis editum Platonem penes me habuissem, vidissemque illas in edito desiderari. Sed Bibliothecæ custos tunc disturbatus præpeditusque erat, nec potui optatum librum assequi. Cæterarum vero Epistolarum ordo inversus in isto codice est, desideraturque Epistola illa, quæ in edito, & in duobus aliis Vaticanis codicibus tertia est, cujus titulus est, Πλάτων Διονυσίῳ, initium vero, οὐ χαίρειν ἐπιστείλας ἆρ' ὀρθῶς ἂν τυγχάνοιμι.

Si quis ergo castigandis, imo augendis tanti Philosophi operibus manum & operam admovere voluerit, horum aliorumque complurium, qui in hoc toto opere memorantur codicum manuscriptorum ope, rem Literatis admodum opportunam exsequi poterit.

Codex alius Bibliorum Græce, caractere unciali & rotundo, sine accentibus, quinti sextive sæculi est: etsi vero non paucos paris vetustatis codices vidi, at non numeris suis & partibus absolutos, ut iste Vaticanus est.

Acta Apostolorum aureis apicibus.

Codex Bibliorum Ebraïce ingentis molis cum inscriptione in fine, quam Ebraïce retuli in Diario Italico p. 277. quæ sic Latine explicatur: *Anno quinquies millesimo quinquagesimo quinto secundum supputationem, quintadecima mensis Casleu;* id est anno Christi 1295. Non attulimus in Diario hæc, quæ ibidem leguntur ante memorata verba: *Ego Isaac filius Simeonis Levita tradidi dimidiam partem hujus libri nobili viro Eleasaro filio Samuelis. Deus illum remuneret; ut illum filii ejus, & filii filiorum legant & meditentur usque ad finem omnium generationum, amen. Absolvi illum anno* 5055. *&c.* ut supra.

Habetur ibidem codex ille Virgilii remotissimæ vetustatis, unciali charactere, cum picturis miniatis non ita peritæ manus. Librum evolvi & comperi olim fuisse Beati Dionysii: nam in quarto folio legitur: *Iste liber est B. Dionysii:* quæ scriptura decimum-tertium sæculum præ se fert. Et ne dubium suboriatur ad quem S. Dionysium pertinuerit: ubi a Virgilio tempestate jactatus Æneas describitur, hæc Gallico vulgari idiomate eodem circiter quo superior nota, sæculo conscripta leguntur: *vechi comme les gens, lesquex estoient en la mer, estoient tourmentés pour le pechié d'une seule chose, a savoir Juno:* in alio quoque loco legitur, *Courtois.* Certum itaque est hunc librum olim fuisse Ecclesiæ & Monasterii S. Dionysii in Francia. Nam ubi S. Dionysii vel Ecclesia vel Monasterium indicatur sine addito, S. Dionysii in Francia, Ecclesia illa insignis & Monasterium intelligitur. In schematibus hujus codicis Ephippia scandulas, vulgo *étriers*, non habent.

In eadem Bibliotheca codex Terentii unciali charactere, Virgiliano non multum ætate inferior est. Ibidem visitur Terentii codex alter noni sæculi a quodam H. Rhodogario exaratus, ut ibidem legitur. Cum primis autem suspicitur codex antiquus Minutii Felicis *de errore profanarum Religionum.*

Antiquissima etiam Biblia Theutonica ibidem ceu pro spectaculo offeruntur.

Catalogum codicum Græcorum alphabetico ordine concinnatum quos exscribere potui, hic breviter adferam.

Ἀβιτζιανοῦ, Abitziani περὶ οὔρων, de urinis.

Agathonis Diaconi enarratio de sexta Synodo.

* Ἀγιοματικὸ σύνοδος. (sic).

Adriani Amerotii de Arithmetica.

Athenæus de Machinis bellicis.

Alaniæ Metropolitæ Typicum.

Albini introductio in Platonem.

Alexandri Magni vita, cujus initium, Βουλόμενοι οὖν τὸ τῶν βαρβάρων πλῆθος.

Alcinoi in Platonem.

Alciphronis Rhetoris Epistolæ Halieuticæ, ἑταιρικαὶ & Parasiticæ.

Amasidis Ægypti Regis Epistolæ.

Ambrosii multa Græce versa.

Andreæ Lopadiotæ de Grammatica.

Andronici Zaridæ Epistolæ.

Andronici Peripatetici de passionibus.

Anthemii de mirabilibus machinis.

Anteonis Episcopi Arsinoës epist. ad Petrum Antiochenum.

Antonii Eparchæ recentis (sic) quædam.

Apollonii in Æschinem.

Apollonii Tyanei Epistolæ.

Ἀποτελεσματικὰ μυστικά.

Aretæ in Apocalypsin.

Aristarchus de magnitudine & distantia Solis & Lunæ.

Aristides de Musica.

Aristoxeni Harmonica.

Asclepiadis Trallensis ad Petrum Episcopum Antiochenum.

Aspasius in ethica Aristotelis.

Ἀτλαντικῆς μερίδος (sic).

Augustini multa Græce.

Autolycus de ortu & occasu siderum.

Africani cesti.

In schedis vero Zaccagnii
Bibliothecæ custodis.

Χαρτηλιοσοφιστοῦ in Σύμμον, in Summum exercitus ducem, & epitaphium in sophistam Gazæum.

Hic adjicienda sunt ea quæ mihi transmissa fuere a Viro non minus eruditione quam dignitate Præstante Amplissimo & Clarissimo Domino Julio Fontanino Archiepiscopo Ancyrano, cujus benevolum animum sexcenties expertus sum. Ille mihi hoc anno 1734. notas misit Historicorum & Poëtarum tam Græcorum, quam Latinorum, qui in Vaticanis codicibus habentur, adjecto codicum numero in Eruditorum commodum.

Poetæ Græci.

Homeri Odyssea, cod. Vat. 906. in membrana, sed recens.

Odyssea cod. Vat. 24. in membrana, sed recens.

Odyssea cod. Vat. 25. chartaceus recens.

Ilias cod. Vat. 30. chartaceus.

Ilias cod. Vat. 29. chartaceus annorum circiter 400.

Hesiodi codd. Vat. 44. 50. 57. chartacei.

Euripidis codices Vaticani sunt recentes.

Sophoclis codd. Vat. 40. 44. 45. 46. 48. 49. omnes chartacei.

Aristophanis codd. Vat. 35. 917. 918. 921. omnes chartacei.

Historici Græci.

Herodotus codd. Vat. 122. 123. chartacei.

Thucydides codd. 127. 991. 992. chartacei.

Xenophontis cod. Vat. 128. in membrana, 129. in membrana, codex antiquissimus.

Polybii cod. Vat. 124. in membrana, antiquissimus.

Diodori Siculi codd. Vat. 995. 996. chartacei.

Dionysii Halicarnassei codd. Vat. 133. 134. chartacei.

Dionis Cassii cod. Vat. 993. chartaceus. Dionis Cassii fragmentum in membrana antiquissimum num. 1228. unciali caractere.

Historici Latini.

Titus Livius cod. Vat. 3329. in membrana, antiquissimus. Item 1845. in membrana.

Cornelius Tacitus codd. Vat. 1863. 1864. in membrana, sed recentes.

Suetonius cod. Vat. 1860. in membrana, recens, 1904. in membrana recens, 2966. chartaceus, 3335. 3336. in membrana, recentes.

Quintus Curtius a codice Vaticano 1865. ad 1870. in membrana, sed recentes.

Sallustius codex Vaticanus 2955. in membrana, annorum circiter 500. Item 3325. in membrana, codex antiquissimus.

Justinus codex Vaticanus 4599. chartaceus.

Poetæ Latini.

Virgilius cod. Vat. 3869. antiquissimus, in membrana. De hoc codice, quem non semel inspexi & evolvi, jam superius actum fuit.

Terentius cod. Vat. 3226. omnium antiquissimus, 3868. antiquissimus.

Ovidius a numero 1393. ad 1601. in membrana, 1604. antiquus.

Plautus cod. Vat. 5210. in membrana, recens.

Propertius codd. Vat. 3188. 3272. 3273. 3274. in membrana.

Statius cod. Vat. a numero 3278. qui est in membrana, antiquus, usque ad 3283.

Achilleidos codd. Vat. 1618. 1663. in membrana.

Thebaidos Libri XII. 1615. 1616. 1617. in membrana, antiqui.

Tibullus cod. Vat. 1609. qui est antiquus, in membrana, 1610. 1611. 2794. 3175. 3270. 3272. in membrana, sed recentes.

Persius cod. 2773. chartaceus, 2795. chartaceus, 2815. in membrana, 2816. 2818. 2819. 3173. recentes. 3291. in membrana. 3292. in membrana. 3305. in membrana, antiquissimus.

Juvenalis cod. Vat. 2766. in membrana, & a numero 2810. ad 2817.

Horatius codd. Vat. a numero 2765. qui est chartaceus usque ad 2777. qui est membranaceus, & a numero 3232. ad 3261.

Lucanus cod. Vat. 1619. in membrana, ad 1623. in membrana, antiquus, & a numero 2796. in membrana, antiquus, ad 2806. in membrana.

Catullus cod. Vat. 3269. chartaceus, 3272. in membrana, 3291. in membrana.

Quod ad codices manuscriptos Herodoti spectat, ampliorem & accuratiorem eorum notitiam accepi ope Viri doctissimi Vernæi Genevensis, qui me rogante insigniores Italiæ Bibliothecas lustravit, ut Herodoti codices perquireret, & exploraret. Mihique notas suas transmisit anno 1729. quas hic compendio referam.

In Bibliotheca S. Ambrosii Mediolanensis quinque sunt manuscripti Herodoti, quorum antiquissimus in folio est. Duo alii antiqui sunt, sed non paris vetustatis, quartus est trecentorum annorum, quintus in 8° recens.

In Bibliotheca Serenissimi Ducis Mutinensis codex Herodoti visitur quadringentorum circiter annorum.

In Bibliotheca S. Marci Venetiis in Armario VI. tab. 2. duo sunt Herodoti manuscripti codices, quorum unus duodecimi sæculi est, alter antiquior.

In Bibliotheca Vaticana Romæ tres Herodoti codices sunt, ex iis duo recentes, tertius illis antiquior est. Præter illos in Bibliotheca Palatina Vaticanæ adjuncta duo alii codices Herodoti sunt.

Florentiæ in Bibliotheca Laurentiana Pluteo XX. tres codices manuscripti sunt, unus numero 3. antiquior est, alter num. 6. & tertius num. 29. recentiores sunt.

In Bibliotheca Regia codex habetur numero 2812. qui continet Catalogum manuscriptorum codicum Græcorum Bibliothecæ Vaticanæ, jussu Augustini Eugubini Episcopi adornatum, ut mitteretur Hippolyto Ferrariensi, qui tunc in aula Regis Henrici II. gratia multum valebat. Qui codex in Regiam Bibliothecam inductus fuit: estque alphabetico ordine concinnatus.

Alter similis codex Bibliothecæ Vaticanæ visitur in Bibliotheca Colbertina, num. 5135. quæ nunc Regiæ adjuncta est. Estque ejusdem circiter ætatis; non alphabeticum ordinem præ se ferens; sed eum, ut videtur, quem manuscripti in Bibliotheca illa tenebant; quem etiam nos hic sequimur. Non erat tunc illa tanta supellectile instructa, quantam vidimus, dum illam Romæ frequentaremus. Sed deinceps admodum aucta fuit accessione Bibliothecarum Palatinæ ac deinde Reginæ Sueciæ: aliunde etiam incrementa accepit & in dies accipit. Uterque codex non satis perita manu scriptus fuit.

Hic opera quæ in manuscriptis habentur, sic enunciantur, ut non possis numerum codicum assequi.

Sic autem incipit Bibliothecæ Vaticanæ Catalogus antiquus.

Ἐν τῇ πρώτῃ τραπέζῃ.

In primo Pluteo, vel in prima Tabula.

Πίναξ σὺν Θεῷ πάντων βιβλίων τῆς βιβλιοθήκης. *Index, cum Deo, omnium librorum Bibliotheca.*

MSS omnes in catalogo memorati Græci sunt.

Didymi Scholia io Iliadem Homeri.
Homeri Ilias cum interpretatione.
Didymi alia Scholia in ipsum Homerum.
Luciani Dialogi.

Philonis in Flaccum sive de providentia. Ejusdem contra Caïum, & ejus in Judæos odium. Ejusdem περὶ τοῦ πρὸς ἐμπεσεῖν. De sacrificiis Abelis & Caini. De Cherubino ac de flammeo gladio, ac de Caïno primogenito hominis. De agricultura. Quod Deus sit immutabilis. Ejusdem de Gigantibus. De transmigratione. De congressu ad eruditionem. Ejusdem de sacrarum Legum allegoria. Ejusdem, quod somnia a Deo mittantur. Ejusdem vita Sapientis per doctrinam perfecti, sive de Legibus non scriptis. De Circumcisione. De Monarchia: de Monarchia Sermo alter. De præmio Sacerdotum. De animalibus ad sacrificia aptis, & quæ sint sacrificiorum species. De sacrificantibus. De mutatione nominum. Quis rerum Divinarum sit heres. De præmiis & correptionibus. De maledictionibus. De justitia. De vita Moysis. De mundi opificio per Moysem scripto. De Moysis Decalogo. De constitutione Principum. Quod omnis probus sit liber. De vita contemplativa. De mercede meretricis in sacrario non accipienda. De decem præceptis. De vita civili, seu de Josepho. De pietate & de benignitate. Quod mulieres non pudorem amittere debeant. De Sacerdotio. De nobilitate. De profugis. De plantatione Noe. De illo, *Evigilavit Noe.* De confusione linguarum. De incorruptione mundi. Quod id quod pejus est illud quod melius est invadere soleat. De ebrietate. De operibus Sacrorum. De animalibus ad sacrificia aptis, & de sacrificiorum generibus.

Diodori Siculi Bibliotheca historica liber primus. De Nino primo Rege, de Semiramide, quam Ninus duxit uxorem. De Semiramide regnante. De fundatione Babylonis, de hortis Babylonis. De fellis a Semiramide susceptis. De successoribus ejus. De Sardanapalo voluptatibus dedito. De Arbace, & de Regibus Medis, & de scriptorum dissensione circa illos. De Chaldæis Astrorum observatoribus. De Iodia. De Insulis in Oceano ad merid. sitis.

L. II. De Æthiopibus ultra Libyam. De auteis metallis in extrema Ægypto. De gentibus quæ sinum Arabicum & totam Oceani oram usque ad Indiam incolunt. De Libya, de Gorgonibus, de Ammone, de Atlante. De Nysæ fabulis, de Titanibus, de Dionyso, seu Baccho, & de Matre Deorum.

L. III. De Bacchi fabulis, de Priapo, de Hermaphrodito, de Musis. De Hercule, & de duodecim ejus certaminibus. De Argonautis, de Medea, & de filiabus Pelei. De posteris Herculis. De Theseo. De Lapithis, & de Centauris. De Æsculapio. De Asopi filiabus, & de filiis Æaci, de Pelope, de Tantalo, de Oenomao, de Niobe. De Dardano, ejusque posteris usque ad Priamum. De Dædalo. De Minotauro. De Minoë.

L. IV. De Sicilia, & de fabulosis circa illam narrationibus. De Cerere, & de Proserpina. De Lipara, & de Æolidis insulis. De Melite, Gaulo, & Cercina. De Æthalia, Cyrno seu Corsica & Sardinia. De Pytyusa, & de Gymnesiis Insulis. De Insulis Oceani in Occidente. De Britannia Insula & de ea, quæ Basilea dicitur. De Gallia, de Celtiberia, de Iberia, de Liguria, de Tyrrhenia. De Insulis Oceani versus meridiem. De Samothracia. De Naxo, Syme & Calydne. De Rhodo & ejus fabulis. De Chersoneso quæ Rhodum respicit. De Creta. De Lesbo, Samo, Chio, Co. De Tenedo. De Cycladibus Insulis.

Marcellini io Thucydidem Scholia. Thucydidis vita ejusque libri octo.

Appiani Historiæ Italicæ libri quinque.

Appiani, Syriaca, Libyca, Parthica, civilium bellorum libri quinque.

Homerus alius sine expositione.

Sophoclis Tragœdiæ sex cum expositiooe.

Aristophanis Comœdiæ tres cum Scholiis.

Suidæ Lexicon perantiquum.

Epistolæ S. Pauli.

Voces ex carminibus Gregorii Nazianzeni excerptæ. Ejusdem Gregorii Synopsis intemeratæ nostræ fidei. Epistola ad Papam (sic). Ejusdem de Genealogia Christi.

Nicetæ Serron. Canones. Ejusdem alius Canon. * Quinam Constantinopoli imperarint Catholici vel hæretici.

Joannis Geometræ Hymni quatuor in sanctissimam Deiparam.

Æsopi fabulæ.

Michaëlis Pselli versus politici ad Imp. Constantinum Monomachum, de Grammatica.

Voces ex Hesiodi libro.

Gregorii Nazianzeni de Genealogia Christi libri duo.

Theophylacti Simocatæ, Epistolæ morales, de agricultura & amatoria.

Suidæ Lexicon, usque ad literam θ.

Ejusdem secunda pars a litera κ ad finem.

Manuelis Cretensis ἐρωτήματα.

Euripidis Tragœdiæ tres, Hecuba, Orestes & Phœnissæ.

Theodori Grammaticæ libri quatuor.

Sophoclis Tragœdiæ tres cum Scholiis, Ajax, Electra, Oedipus.

Dionysii Perihegesis cum Scholiis Anonymi.

De Rhetorica libri duo Anonymi.

Oppiani ἁλιευτικῶν libri tres cum Scholiis.

Moschopuli quæstiones.

Pythagoræ παραινέσεις.

Lexicon Anonymi.

Aphthonii Progymnasmata.

Isagoge Grammaticæ μετὰ τεχνολογίας.

Alia Grammatica κατὰ στοιχεῖον μετὰ προθέσεων.

Sirach, Enarratio pia.

Voces animalium.

Ἐπιγραφαὶ παραβληθεῖσαι ἀπὸ λατινικοῦ βιβλίου; ἄδηλος καλυμμένη.

Methodus de metris versuum.

Splenii Philosophi de generatione hominis; ὅθεν τὰ τε ἐννέα καὶ τὰ τεσσαρακοστά.

Anonymus de Regibus.
Joannis Damasceni de Hæresi.
De Spiritu-Sancto. A
Ἐκ τῦ Μερίδος τῦ Ἀτλαντικῦ.
In Categoriis (sic).
Ex Pollucis libro primo, secundo, tertio, quarto & sexto.
Ex Ruso Ephesio, ex Maximo Planude de Grammatica.
Manuelis Moschopuli delectus Atticorum nominum. Adhuc de nominibus.
Theoduli Magistri Thessalonicensis περῦ (sic) alia ἐκλογή.
Τεχνολογίαι περὶ γραμματικῆς.
ἱστορία Χάδονος.
Luciani Dialogi.
Homeri Odyssea sine Scholiis.
Scholarii Grammatica in Epitome, sive prima Isagoge κατὰ στοιχεῖον. B
Lexicon de Orthographia.
Σχέδη βασιλικὰ σὺν σχολίοις.
Manuelis Cretensis in icones, seu imagines Philostrati, &c.
Dialogus Philosophi cum Imperatore.
Georgii Magnæ Ecclesiæ versus (sic).
Λέξεις ἢ συμφωνίαι διάφοροι.
Nomina duodecim lapidum preciosorum.
S. Cyrilli Lexicon.
Nomina Archangelorum. Nomina Apostolorum. Nomina fluviorum.
Verba diversa. Verba vocum. Verba Romana. Differentia inter ebrietatem, temulentiam & crapulam. Mensuræ Milliarii & Stadii. Ex Sapientia Jesu filii Sirach. Interpretatio Danielis de iis quæ vidit in Babylone, in Nabuchodonosore & in Baltasare.
S. Maximi de septem argeoteis Judæ.
S.Chrysostomi de conjugata muliere & de meretrice. Quid sit Deus, & secundum quid Deus sit.
Ex Evangelio, circa tria fata.
Harpocration. Ori Apollinis Hieroglyphica, quæ extulit ille Ægyptia lingua, transtulit autem Philippus in Græcam linguam. Heraclidis libri duo.
Grammaticæ partes & ars.
Nicephori Gregoræ ars Grammatica.
Quæstiones Grammaticæ.
Λογγιβάρδυ σοφῦ παρεκβόλαιον σχεδογραφίας.
Cur sint octo partes Sermonis, nec plus, nec minus.
Georgii Lecapeni ars Grammaticæ.
Michaëlis Presbyteri & Syncelli Methodus de Syntaxi. D
Anonymi versus.
Joannis τῦ γλυκέος Patriarchæ C. P. de arte octo partium Syntaxeos.
De Iambico versu. De Ionica dialecto.
Ars Orthographiæ.
Hesiodi opera & dies cum Scholiis.
Pindarus cum expositione.
De Aphthonii progymnasmatibus.
De inventione, & de Rhetorica liber primus. De ideis, liber Rhetoricæ secundus. De methodo gravitatis, liber tertius.
Boëtii Philosophi, de arte Rhetoricæ Græce.
Ciceronis διαίρεσις (sic) Græce.
Josephi ῥακενδύτυ Synopsis Rhetoricæ. E
Lexicon veteris Scripturæ, id est, veteris Testamenti.
Aliud Lexicon a litera B incipiens. . . .

De cognominibus Deorum.

A *De Grammatica, &c.*

Syntaxis verborum.
Περὶ παθῶν λέξεων.
Aristidis Rhetoris Oratio ad Rhodios.
Maximi Planudis Dialogus de Grammatica.
Syntaxis ordine alphabetico.
Gregoræ Syntagma Philosophiæ. Canones nominum.
De Spiritibus.
Hephæstionis de Metris.
Nicephori Gregoræ προθεωρία quasi in forma Epistolæ in librum Synesii de insomniis.
Gregoræ sapientissimi enarratio.
Agapeti Diaconi capita commonitoria ad Imperatorem Justinianum.
Imperatorum C. P. vita carminibus.
B Cata'ogus Antistitum C. P.
Nicephori Xanthopuli πόνημα γραφῆς ἐπειβαμένης.
Acropolitæ historia incipiens a capta Constantinopoli.
Photii Patriarchæ Epistola ad thronos Orientales, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τῦ ἁγίυ πνεύματος. Ejusdem de Spiritu-Sancto.
De septem Synodis opus imperfectum.
Pselli enarratio dictorum Chaldaïcorum.
Hermæ Trismegisti Pœmander. λόγος καθολικὸς πρὸς τὸν υἱόν. τῦ αὐτῦ, sic sæpe scribitur in hoc Catalogo. ἱερὸς λόγος, ὁ κρατὴρ ἢ μονάς. Quod Deus invisibilis manifestissimus sit. Quod in solo Deo bonum sit, alibi autem minime. Quod maximum malorum hominibus sit Deum non cognoscere. Quod nihil eorum quæ exi-
C stunt pereat; sed quod mutationes & mortes abolitionem esse errantes homines dicant. De intelligentia & de sensu. Quod in solo Deo pulcrum & bonum sit, alibi autem minime. Hermæ clavis. Mens ad Hermem. Ejusdem de mente communi. Ejusdem in monte Sermo occultus de regeneratione, & de silentii promissione, &c.
Ὅροι Ἀσκληπιῦ πρὸς Ἄμμωνα Βασιλέα.
Maximi Confessoris Prologus de perfecta caritate & de virtutibus, ad Elpidium.
Tzetzæ Grammatici expositio Iliadis Homeri.
Aristotelis opera quædam.
Hephæstionis Enchiridion.
Euripidis Tragœdiæ tres, Hecuba, Orestes & Phœnissæ.
D Homeri Ilias cum Scholiis & paraphrasi.
Dionysii Periegetis versus cum Scholiis.
Pindari Olympia cum Scholiis.
Davidis Oratio ad Saülem.
Josephi in carcerem conjecti Sermones.
Diogenis Laërtii vitæ & sententiæ Philosophorum.

PHILOSOPHICI LIBRI.

Vitæ Sophistarum, libri duo.
Philostrati Atheniensis epistolæ.
Alciphronis Rhetoris epistolæ ἀγροικικαί. Ejusdem epistolæ hortatoriæ.
Euripidis Hecuba & Orestes.
Theodori τῦ πρώδρυ Quæstiones.
E Sermo de Incarnatione Domini.
Expositio Psalmorum Davidis.
Libanii opera quædam.
Oppiani Halieuticôn, libri quinque.

Pindari Olympia.
Sophoclis Ajax.
Theocriti Idyllia.
Manuel Imperator ad Joannem filium.
Sermo funereus in Manuelem Palæologum Imperatorem ad Theodorum fratrem ipsius.
Monodia in obitu Andronici junioris Imperatoris.
Oppiani Halieuticôn, liber cum expositione.
Æschyli Tragœdiæ tres cum Scholiis.
Aristophanis Plutus & Nubes.
Theocriti Idyllia octo.
Pindari Olympia.
Homeri Batrachomyomachia.
Oppiani, libri tres.
Orphei Argonautica.
Pollucis Onomasticon, libri X.
Moschopuli ἐρωτήματα.
Euripidis Hecuba, Orestes & Phoenissæ cum Scholiis.
Hesiodi opera, & dies cum expositione.
Hesiodi iterum opera, & dies cum expositione.
Theocriti Idyllia septem cum Scholiis.
Oppiani Halieuticôn, libri tres cum Scholiis.
Pindari Odæ decem cum Scholiis.
Manuelis Moschopuli quædam.
Ex Longini Philosophi in Hephæstionis Enchiridion de metris.
S. Cyrilli ex interpretatione sacri Symboli.
Boëtii de consolatione Philosophiæ. In Græcam linguam versus est a Maximo Planude.
Nicerdi Monachi, liber contra Mahometem & Saracenos capita 17. Alius codex Νικήτου, est Ricardi opus.
Sermo adhortatorius Anonymi.
Alius Sermo de concordia Ecclesiastica.
Andreæ Arch. Rhodi apologia ad Bessarionem missa.
Marci Hieromonachi Epistola ad Metropolitam Russiæ.
Capita Synodica facta in Monasterio Studitæ.
Jussum Imperatorium de translatiooe Episcopi * Πέτρου in Metropolim Lacedæmoniæ.
Manuelis Moschopuli collectio vocum ex Philostrati iconibus.
Thomæ Magistri Ἀττικαὶ παρεκβολαί.
Gregorii Theologi * historiæ fabulosæ (sic) in Epitaphium magni Basilii.
Æschyli tragœdiæ tres, Prometheus, Eteocles, Persæ cum Scholiis.
Aristophanis dramata tria, Plutus, Nubes, Ranæ cum Scholiis.
Sophoclis tragœdiæ duæ, Ajax & Electra cum Scholiis.

Secunda Tabula, sive secundi Plutei ordo Librorum.

Polybii historia libri quinque.
Prolegomena Rhetoricæ.
Aphthonii Progymnasmata cum expositione.
Hermogenis omnia quæ reperta sunt.
Scipionis junioris somnium, scriptum a Cicerone, expositum à Macrobio, in Græcam linguam versum a Maximo Planude.
Nicephori Gregoræ de iis qui Astronomiam vituperant. Ejusdem ad Lepantrenum Cypri Logothetam. Ejusdem Epistolæ, & alia opera.

Nysseni (Gregorii) adversus eos qui fatum inducunt.
A Maximi Planudis Scholia in Arithmeticam Diophanti, & alia quædam.
Nicephori Gregoræ Epistola ad Josephum.
Aristidis Rhetoris, capita 57.
Ariani in Epictetum.
Porphyrii περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, libri quatuor.
Aristidis Rhetoris liber, ejus opera multa enunciantur.
Dionysii Halicarnassei Romanæ hist. libri X.
Libanii Epistolæ, & inter Epistolas Libanii, Joannis Pediasimi Epistolæ quinque.
Synesii Episcopi Cyrenes Epist. & alia opera.
Libanii Sophistæ in Cæsarium Magistrum, & alia ejus opera.
Æschinis Rhetoris vita. Ejusdem opera quædam.
B Gregorii Nazianzeni contra Julianum Apostatam.
Dionysii Halicarnassei de compositione nominum. De Lysia. De Isocrate, de Isæo, &c.
Philostrati, vita Sophistarum.
Callistrati ἐκφράσεις περὶ ἀγαλμάτων.
Aristidis εἰς βασιλέα, εἰς Ἀσκληπιόν, εἰς Δία, εἰς λίθον, εἰς τὸ * Αἰγαῖον πέλαγος, εἰς Σάραπιν.
Libanii Sophistæ Epistolæ. Ejusdem alia opera multa.
Dionysii Halicarnassei Romanæ historiæ sextus liber usque ad decimum.
Appiani Sophistæ Alexandrini Romana historia, Λιβυκὴ, Συριακὴ, Παρθικὴ, Μιθριδάτειος, &c.
Demosthenis Olynthiacæ orationes tres, contra Philippum tres, de pace, περὶ Ἁλοννήσου, περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ, &c.
C Æsopi vita & fabulæ.
Maximi Planudis Dialogi de Grammatica.
Gregorii Patriarchæ Cyprii proverbia Alphabetico ordine.
Eunapii, vita Sophistarum.
Libanii quædam opera & epistolæ.
Basilii magni πρὸς νέους πῶς ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο.
Georgii Lecapeni Epistolæ, καὶ τοῦ Ζαρίδου Ανδρονίκου σὺν ἐξηγήσει.
(Joannis) Patriarchæ, τοῦ γλυκέος de Syntaxi.
*** Bulgariæ contra Alexium Imperatorem.
Maximi Planudis de Syntaxi.
Porphyrogeniti Apologetici.
Leonis Philosophi Imperatoris, εἰκοσιτρεῖς ψυχῶν ὑποτυπώσεις μεθ' ἑρμηνείας.
Maximi Planudis opera plurima.
Monodiæ plurimæ anonymæ & alia.
D Procopii Cæsariensis historiæ, Persicæ, Gotthicæ, & alia, quatuor tomis distincta.
Maximi Monachi, opera multa ad Thalassium, ad Joannem Archiepiscopum Cyzicenum, ad Jordanem, ad Georgium, ad Pyrrhum.
S. Athanasii contra Apollinarium διάλεξις.
* Τοῦ αὐτοῦ Ἀπολιναρισμοῦ κεφαλαίωσις καὶ Γρηγορίου ἐπισκόπου ὀρθοδόξου.
S. Maximi ad Petrum, ad Elpidium, & alia capita Theologica.
Dionis historia Romana, a libro 35. libri 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. *Non pergit ultra quinquagesimum quartum.*
F Xenophontis Cyropædia libri VIII. Ejusdem Cyri expeditio.

Diogenis Laërtii Philosophi, Vita & dicta septem sapientum, & aliorum Philosophorum.

Ex Plutarchi Ethicis, ex libro de Comestione carnis, ex libro de fuga, ex consolatorio & ex libro de invidia.

Joannis Curopalatæ Scylitzæ magni Drungarii Vigiliæ Synopsis historiarum usque ad Imperium Isaacii Comneni. Imperium Michaëlis Rangabe, Theophili filii ejus, Michaëlis ejus filii cum matre ipsius, Basilii Macedonis, Leonis filii ejus, Alexandri, Romani Lecapeni, Constantini, Romani filii ejus, Joannis Tzimiscæ, Basilii & Constantini, Romani, Michaëlis Paphlagonis, Michaëlis Calephatæ, Constantini Monomachi, Theodoræ Porphyrogenitæ, Isaacii Comneni, Constantini Ducæ, Eudociæ cum filiis, Diogenis Romani, Michaëlis Parapinacii, Nicephori Botaniatæ.

Plutarchi vitæ, Phocion & Cato, Dion & Marcus Brutus, Timoleon & Paulus Æmilius, Sertorius & Eumenes, Philopœmen & Titus Q. Flaminius, Pelopidas & Marcellus, Alexander & Cæsar, Demetrius Poliorcetes & M. Antonius, Pyrrhus & Marius. Aratus, Artaxerxes. Agis & Cleomenes, Tiberius & Caïus Gracci, Licurgus & Numa, Lysander & Silla, Agesilaus & Pompeius.

Appiani Romanæ historiæ libri.

Philostrati icones arte illustratæ a Moschopulo. Ejusdem collectio nominum Atticorum curante Moschopulo.

Synopsis vocum Atticarum a sapientissimo Magistro. Ibidem de versibus Heroïcis.

Archiepiscopi Corinthiorum de proprietatibus Dialectorum. De Anacreonticis.

Dionysii, περὶ ποδῶν. De pedibus *.

Joannis Tzetzæ, de versibus politicis & Heroïcis.

Maximi Planudæ in Philostratum. Ejusdem Dialogus de Grammatica.

Homeri Iliadis A & B. duo libri cum Scholiis.

Historiæ quædam quarum meminit Theologus, ἐν τῷ, ἔμελλον ἄρα. Aliæ historiæ.

Herodoti libri novem Musarum nomine.

Arriani Periplus Euxini, utriusque Epiri, Asiæ & Europæ locorum, Paphlagoniæ, Thraciæ.

Arriani expeditio Alexandri. Ejusdem Indica.

Xenophontis Cyropædia. Ejusdem expeditio Cyri libris sex.

Joannis Zonaræ Epitome veterum historiarum ab initio mundi. Ejusdem de Imperatoribus historia.

Chronicon Imperatorum Romanorum ab Augusto, complectens historiam Græcorum, Persarum, Arabum, Ægyptiorum, usque ad Imperium Turcorum.

Plutarchi vitæ, ut supra.

Josephi historiæ antiquitatum Judaïcarum, libri quiodecim.

Diodori Siculi historiarum, libri viginti.

Isocratis Orationes.

Eusebii historiæ Ecclesiasticæ, libri decem.

Αντίγραφον ἑρμηνείας τῆς τοῦ τυράννου ὑπὲρ χριστιανῶν διατάξεως ἐκ Ῥωμαϊκῆς γλώττης εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταληφθείσης.

Aphthonii Sophistæ Progymnasmata Rhetoricæ cum Scholiis.

Hermogenis ars Rhetorica. Expositio Hermogenis.

Liber Astronomicus de diebus & mensibus.

Manuelis Comneni Apologia Astronomiæ.

Isaac Monachi de Geographia.

Procli Diadochi de Astronomia.

Joannis Alexandrini de Astrolabio.

Isaac Argyri de confectione Astrolabii. Ejusdem exercituum chronologicum.

Scholia necessaria ad Astronomicas hypotheses.

Claudii Ptolemæi, περὶ τοῦ μεγέθους τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου cum Scholiis. Ejusdem Geographia.

Isaac Argyri Monachi, de Solaribus & Lunaribus cyclis, &c. Ejusdem de Paschate.

Matthæi Hieromonachi in sacros Canones & de Paschate.

Theodori Meliteniotæ de Astronomia.

Theonis Alexandrini in Canones Astronomiæ.

Claudii Ptolemæi de periodis Lunæ, &c.

Theodori Meliteniotæ contra Persas.

Μέθοδος τῶν Λατινικῶν τούτων κανονίων ἐκδοθεῖσα παρὰ τοῦ πανευτυχεστάτου κατὰ Δημητρίου τοῦ Χρυσολωρᾶ.

Stephani Alexandrini Philosophi tempore Heraclii Imperatoris ψηφοφορία πανσεληνιακῆς συζυγίας, &c.

Synesii opera quædam.

Zaridæ Epistola ad Lecapenum contra Andronicum. Lecapeni ad Zaridem.

Aristotelis de mundo. Aristotelis de Rhetorica, libri tres.

Libanii Sophistæ & Quæstoris Epistolarum libri sex.

Epistolæ mutuæ Basilii Magni & Libanii.

Dionysii Sophistæ Antiocheni Epistolæ.

Zozimi Comitis & a Fisco, historiæ novæ quinque.

Pauli Æginetæ de medicina, libri VII.

Aristidis liber cum Scholiis.

Aphthonii Sophistæ Progymnasmata cum Scholiis.

Hermogenis ars Rhetorica.

Libanii opera multa. Ejusdem Epistolæ.

Aristidis Rhetoris libri seu Sermones viginti cum Scholiis.

Gregorii Cyprii Patriarchæ C. P. Epistolæ.

Nicephori Gregoræ Poëmata. Ejusdem Dialogus. Ejusdem de Paschate. Ejusdem in sanctissimam Deiparam.

Maximi Planudis, Dialogus de Grammatica.

Epistolæ Euripidis.

Hippocratis Epistolæ.

Heracliti Epistolæ.

Gregorii Cyprii Patriarchæ C. P. Epistolæ.

Proverbia alphabetico ordine.

Libanii Epistolæ.

Isaac Argyri methodus circa Solares & Lunares cyclos.

Συναγωγὴ ἱστοριῶν τῶν ἐν τῷ πρώτῃ στηλιτευτικῷ.

De Epistolarum charactere.

Quædam Geometrica.

Cornuti ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδεδομένων.

Palæphati περὶ ἀπίστων.

Aristidis ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀθηναίους εἰρήνης.

Georgii

Georgii Scholarii Prolegomena in Logicam & in Porphyrii Isagogen.
Demosthenis Orationes XLVII. A
Hermiæ Sozomeni Salaminii, Ecclesiasticæ historiæ libri novem.
Demosthenis orationes, quæ repeririuntur.
Demosthenes alter cum Scholiis.
Nicephori Gregoræ Romana historia de Imperatoribus Constantinopolitanis.
Procopii historia κατὰ Ἰυςινιανῦ, & de bello Persarum.
Aristidis Sermo unus.
Heliodori Æthiopicorum libri decem.
Plutarchi vitæ parallelæ.
Dicta Philosophorum.
Agathiæ Scholastici Myrinæi, historiarum libri quinque.
Philostrati Lemnii Sophistæ in vitam Apollonii libri octo. B
Plutarchi Vitæ Parallelæ.
Joannis Damasceni philosophica & dogmatica capita 103.
Athanasii Archie. Alexandrini Quæstiones ad Antiochum.
Aristotelis opera quædam.
Aphthonii Progymnasmata.

Hæc habentur in tertia Tabula seu Pluteo.

Platonis opera omnia cum Albini prologo, quibus adjectæ postea fuerunt Epistolæ & alia.
Synopsis Basilicorum.
Zosimi Ascalonitæ in Demosthenem.
Alcinoi de Platonis dogmatibus.
Platonis opera pene omnia.
Ptolemæi Astronomica, Mathematica & Geographica. C
Euclidis Catoptrica.
Theodosii Sphærica.
Autolyci περὶ ἐπιτολῶν, καὶ δύσεων.
Hypsiclis ἀναφορικόν.
Eutocii Ascalonitæ in Apollonii Conicorum librum quartum.
Valentis Antiocheni Anthologica.
Procli Diadochi Astronomicarum hypothesium hypotyposis.
Joannis Alexandrini Philoponi de Astrolabii usu.
Ex Arati phænomenis, πρὸς εἰσαγωγὴν, ἐκ τῶν Ἀχιλλέως περὶ τοῦ παντός.
Eratosthenis (in alio codice dicitur Hipparchi) in Arati phænomena. D
Gaudentii Philisophi introductio harmonica.
Joannis Pediasimi in Aristotelem.
Aristoxenis Harmonica.
Alypii introductio ad Musicam.
Κλείδιον, clavicula Astronomica.
Claudii Ptolemæi Harmonicorum libri tres.
Diophanti Alexandrini Arithmeticæ libri tres, & alia ejusdem.
Aristidis κατὰ τῶν ἐξορχουμένων.
Cleomedis Meteorum primum de mundo.
Æschinis Rhetoris Epistolæ XII.
Libanii Sophistæ Epistolæ. Ejusdem Monodia in Julianum.
Plutarchi libri Moralium septem.
Luciani libri tres.
Aristidis Monodia de Smyrna, ejusdem Palinodia de Smyrna.
Euclidis στοιχείων ὅροι. E
Aristotelis liber primus Analyticorum.

Strabonis Geographiæ libri XVII.
Euclidis primum elementum.
Ex dogmatibus Eusebii Pamphili quædam.
Joannis Philoponi in Categorias Aristotelis.
Theodori Prodromi in postrema Analytica Aristotelis.
Nicephori Blemmydæ opera quædam.
Neophyti Monachi de 24. literis.
Synopsis Basilicorum.
Canones temporum.
Ptolemæi harmonica.
Liber Astronomicus.
Menses Romanorum, Græcorum, Alexandrinorum.
Isaaci Argyri Monachi de temporibus quædam.
Ἔκδοσις εἰς τὸ ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον.
Παράδοσις σύντομος τῆς ψηφοφορικῆς ἐπιστήμης, calculatoriæ scientiæ.
Georgii Chrysococcæ medici expositio in Syntaxin Persarum.
Expositio Canon. Persicorum Astronomiæ.
Opus Siampsi, Σιάμψ Persæ, de doctrina Astrolabii.
Isaaci Argyri lunares observationes.
Canones ad observandum dies, menses & annos, & menses Arabum.
Canones longitudinis & latitudinis insignium urbium Europæ, Lybiæ & Asiæ.
Methodus ad apparandum Horoscopium & Astrolabium.
Canon de principio anni & mensium Græcorum.
Prolegomena magnæ Syntaxis.
Expositio Ethicorum Nicomachicorum Aristotelis.
Triodium opus Josephi & Theodori Studitarum fratrum.
Pselli sapientissimi de legibus. Alius liber de legibus.
Ex libro Parallelorum excerptum.
Methodii Philosophi delectus ciborum ex Psello, ordine Alphabetico.
Epistolæ ad claros viros.
Symeonis Logothetæ sententiæ.
Novella facta Imperantibus Andronico & Michaële.
Theodosii Sphærica.
Τὰ πρὸ τῶν Εὐκλείδου ὀπτικῶν.
Aristarchi de magnitudine & distantia solis & lunæ.
Autolyci περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων. Ejusdem alius liber.
Hypsiclis ἀναφορικός.
Euclidis Catoptrica.
Eutocii Ascalonitæ in primum librum conicorum Apollonii.
Euclidis data. Marini Philosophi in Euclidis data.
Historia brevis ab initio mundi usque ad Imperium Romani filii Constantini Porphyrogeniti.
Constantini Manassis brevis historia versibus Politicis ab initio mundi usque ad Imperium Nicephori Botaniatis.
Nicetæ Choniatæ Chronicon ab Imperio Joan. Comneni usque ad captam Constantinopolin. Monodia in captam Constantinopolin. Quæ post captam Constantinopolin evenerunt.

Epitome præclare gestorum a Joanne Comneno Imperatore, & enarratio rècte factorum a filio ejus Manuele Comneno.

Georgii Pachymeræ Chronicon.

Cl. Ptolemæi Mathematicarum Syntaxeôn, libri tredecim.

Ammonii Philosophi in postrema analytica. Enarratio quinque vocum.

Porphyrii discipuli Plotini Isagoge.

Aristotelis Categoriæ & quædam alia.

Ammonii Hermiæ Commentarius in librum περὶ ἑρμηνείας.

Ptolemæi Mathematicorum libri tredecim.

Theodori Prodromi in postrema analytica Aristotelis.

Theonis Alexandrini in Mathematica Ptolemæi.

Diophanti Alexandrini in Arithmeticam, libri VII.

Theodosii Sphærica, bis.

Theonis Alex. in προχείρους canonas.

Autolyci de Sphæra mota.

Theodosii περὶ οἰκήσεως. Euclidis phænomena.

Theodosii de diebus & noctibus.

Aristarchi de magnitudine & distantia lunæ. Ejusdem περὶ ἀποστημάτων ἡλίου.

Euclidis data, bis.

Hypsiclis anaphoricus.

Ptolemæi Geographiæ libri septem.

Astrolabii compositio.

Capita scientiæ Medicinæ.

Tabulæ Europæ.

Tabulæ Libyæ.

De vi Simplicium pharmacorum.

Ars artium, & scientia scientiarum, & quomodo omnis Philosophia a Psello pendeat.

Joannis Itali expositio Topicorum. Ejusdem ad Andronicum Imperatorem interrogantem. Ejusdem alia quædam.

Aristotelis de mundo. De tribus formis Syllogismorum.

Gemini Isagoge in meteora.

Methodus ad multiplicationes partium, secundum regulam Astronomiæ.

Theophili collectio περὶ τῶν κοσμικῶν καταρχῶν.

Cl. Ptolemæi natura stellarum non errantium.

De comprehensione anni Persarum.

Nicephori Gregoræ correctio Paschalis diei, &c.

Canon mensium Romanorum & Alexandrinorum, quando est bisextus annus.

Canones συνόδων, καὶ παραλλήλων καὶ μηνῶν.

Joannis Philoponi de Astrolabii usu.

Nicephori sapientissimi quomodo oporteat Astrolabium adornare, quomodo concinnare oporteat araneam in Astrolabio.

Letii Amidenii Comitis, liber Medicinæ.

Pedacii (sic) Dioscoridis, liber de scientia Medicinæ.

Ἱππιατρικὰ (sic) σὺν θεῷ σοφωτάτων Ἀθηναίων ἀνδρῶν Σίμωνος καὶ Ξενοφῶντος καὶ Ἀψύρτου.

Enarratio de equis qui variis in locis sunt, & quinam sint meliores.

Hermæ Trismegisti methodus ad omne principium opportuna.

Joannis Grammatici de usu Astrolabii.

Galeni περὶ κατακλίσεως προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης.

Cl. Ptolemæi quædam.

Galeni alia multa.

In Mathematica Ptolemæi expositiones.

Diodori Siculi historiæ libri XV.

Platonis leges.

Aristotelis Metaphysica.

Nicephori Gregoræ epistola ad magnum Logothetam de Astronomia.

Theodori Metochitæ quædam.

Theonis Alexandrini in Mathematicam Ptolemæi & alia. De magno pisce & aliis animalibus (Zodiaci).

Nicephori Gregoræ de Astrolabii descriptione in plano loco.

Cl. Ptolemæi Geographia.

Manuelis Bryennii harmonica Isagoge sectiones XV. &c.

Cl. Ptolemæi Harmonica.

Porphyrii in Harmonica Ptolemæi.

Aristotelis Ethica Nicomachiea.

Diophanti Alexandrini Arithmetica Hermæ Trismegisti. Ejusdem alia opera multa.

Asclepii, Ἀσκληπιοῦ ad Ammonem Regem, de Deo, de materia, de malitia, de fato, de sole, &c.

Porphyrii de occasionibus ad intelligibilia capescenda, capita XXIII.

Procli Diadochi Platonici elementa Theologiæ, capita VI. De Platonis Theologia capita duo.

Aristotelis Physica.

Eustratii Nicæni in Aristotelis Ethica Nicomachica.

Aristotelis Ethica Nicomachica, Philoponi & Michaëlis Ephesii expositio Ethicorum Nicomachicorum.

Aristotelis Logica & περὶ ἑρμηνείας.

Aphthonii progymnasmata.

Hermogenis περὶ τῶν στάσεων.

Simplicii in Enchiridion Epicteti capita 69.

Cleomedis κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων.

Nicomachi Geraseni Pythagorei Arithmetica.

Cl. Ptolemæi harmonicorum libri tres.

Aristotelis Ethica Nicomachica. Ejusdem historia animalium.

Anonymi liber Astronomicus.

Palamæ capita orthodoxæ fidei.

Tabula eorum quæ Palamas addidit suis ἀντιῤῥητικοῖς, & alia ejusdem.

Epistola Hippocratis ad Ptolemæum Regem.

S. Gregorii Theologi sententiæ distichis scriptæ.

Canones longitudinis & latitudinis insignium urbium.

Expositio in Persicos canones Astronomiæ.

Isaaci Argyri de solaribus & lunaribus circulis.

Nicomachi Geraseni Pythagorici introductio in Arithmeticam.

Cl. Ptolemæi de Harmonicæ criteriis.

Euclidis Geometriæ elementa XII.

Cleomedis κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων.

Aristoduli Monachi contra Judæos libri IX.

Joannis Cantacuzeni Imperatoris opus, qui mutato nomine Joasaph dictus est contra Mahometum.

Hippocratis Aphorismi.

Galeni in Hippocratis Aphorismos. Ejus-

dem de Urinis, & quædam alia.

Romani Cubuclesii de urinis contra Theophilum.

Theophili περὶ διαχωρημάτων.

Joannis Philoponi περὶ σφυγμῶν, de pulsibus.

Meletii Monachi de natura hominis.

Ordo Patriarcharum, Romæ, Constantinopoleos, Alexandriæ, Antiochiæ. De Metropolitanis qui ipsis subjecti sunt.

Michaëlis Patriarchæ ad Imperatorem explicatio Mysteriorum sacrorum.

Nicolai Episcopi explicatio Symbolorum & Mysteriorum Sacrificii.

Ex S. Basilii historia Mystagogica.

Apollonii Pergæi Conicorum libri IV.

Opus Michaëlis Proconsulis, de Legalibus tituli 65. De justitia legis & de supplicationibus Imperatori oblatis. Leges Imperatorum.

Joannis Pediasimi Chartophylacis, de nuptiis.

Expositio sacrarum Synodorum omnium ordine temporis.

Expositio Anonymi in tetrabiblon Ptolemæi.

Ptolemæi Harmonicorum liber primus.

Flavii Josephi Judaicæ Antiquitatis libri 20. Ejusdem Judaica historia, & de excidio.

Aristotelis de lineis, de coloribus, &c.

Cleonidæ Isagoge harmonica.

Gaudentii Philosophi Isagoge harmonica.

Theonis Platonici Synopsis Musicæ.

Pappi de Musica.

Aristotelis Harmonica.

Ptolemæi Musica.

Theodosii Sphærica. Ejusdem de diebus & noctibus.

Autolyci, de Sphæræ motu. Ejusdem περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων.

Hypsiclis Anaphorica.

Aristarchi de magnitudine & distantia solis & lunæ.

Eutocii Ascalonitæ in Apollonii Conica.

Hæc sunt in quarta Tabula sive in quarto Pluteo.

S. Joannis Chrysostomi in omnes Pauli Epistolas Commentarii.

Ejusdem in secundam ad Corinthios & in Epistolam ad Hebræos.

Ejusdem in Epistolam ad Thessalonicenses primam, ad Colossenses, ad Corinthios.

Hypotheses Christianæ, περὶ τοποθεσίας παντὸς τοῦ κόσμου, ex divina Scriptura Sermones decem.

Menologium ἐκκλησιαστικῆς ἐκδόσεως.

Prochori Cydone, procemium in quæstionem de luce.

Joan. Cantacuzeni postea Monachi, & Joasaph dicti contra Prochorum.

Chrysostomi in Stephanum primum Martyrem Encomium.

Prochori de substantia & operatione contra Cantacuzenum.

Alia capita contra Prochorum.

Nicephori Archiep. C. P. de fide Christiana, contra Idola & contra Mammonam.

Chronographia multarum historiarum ab initio mundi.

Aristoduli Monachi contra Judæos libri X.

Decreta Synodi cujusdam, contra Barlaamum & Acindynum.

Patriarchæ C. P. contra Gregoram de lumine Thaborio.

S. Basilii contra Eunomium libri tres.

Clementis de Petri Prædicationibus Epitome.

Aristotelis opera multa.

Libri Ecclesiastici quidam.

Theodori Prodromi de Canonibus in sacris Dominicis festivitatibus.

Gregorii Metropolitæ Corinthi de festis sanctissimæ Deiparæ, & aliis.

Liber Ecclesiasticus de Sanctis, & Epistolæ Theophylacti Episcopi Bulgariæ.

S. Maximi in Categorias Aristotelis.

Pauli Emeseni Homilia de Incarnatione.

S. Maximi quædam.

S. Basilii contra Eunomium.

Euclidis elementa tredecim. Ejusdem data. Marini Philosophi in data Euclidis.

Damiani Heliodori Larissæi de Opticis hypothesibus.

Euclidis Catoptrica.

Hypsiclis ἀναφορικός.

Aristarchi de magnitudine & distantia solis & lunæ.

Aristidis Quintiliani de Musica.

Scholia in Arithmeticam.

Musici Canonis κατατομή.

Cl. Ptolemæi Harmonica.

Plutarchus de Musica. Ejusdem Moralia.

Basilii magni Ascetica.

Josephi Rhacendytæ Synopsis Rhetorica & Philosophica.

Definitiones Patrum breves.

Dubitationes & quæstiones circa Aristotelis sententiam.

Joannis sapientissimi Synopsis Philosophiæ.

Joannis Damasceni Logica & Philosophia.

Aristotelis opera plurima.

Plutarchi Moralia.

S. Basilii Ascetica, & de Virginitate.

Epistolæ S. Pauli cum expositione.

Libri Ecclesiastici quidam.

Nicetæ Byzantii Philosophi contra Moametum. Ejusdem responsio ad Agarenos, qui Epistolam miserant ad Manuelem Imperatorem filium Theophylacti.

Typicum Lauræ S. Sabæ.

S. Marci de lege Spirituali.

Maximi Abbatis de caritate.

Isaaci Abbatis de via accedendi ad Deum.

Zosimi Abbatis quædam.

Antiochi Monachi liber.

Joannis Damasceni liber Philosophicus & dogmaticus.

Latini cujusdam qui in suburbanis Parisinis degebat ad Imperatorem Manuelem Palæologum, qui tunc in Galliis peregrinabatur, syllogismi circa Processionem Spiritus-Sancti.

Sermo apologeticus Manuelis Imperatoris capitibus 156. Ejusdem Manuelis Epistolæ, & alia quædam.

Isaaci Monachi * Uri Sermones Ascetici.

Aristotelis Metaphysica & alia quædam.

Nicomachi Geraseni quædam.

Nicephori Blemmydæ de Meteoris.

Nicephori Monachi quædam.

Aristotelis περὶ φωνῆς ἀκροάσεως.

Porphyrii Isagoge. De quinque vocibus.

Ammonii Philosophi Hermiæ prolegomena in Philosophiam.

Aristotelis Categoriæ, Ammonii Com-

mentarius in librum περὶ ἑρμηνείας.

De officiis Palatii.

A Georgii Gemisti ad Scholarium pro Aristotele. Ejusdem ad Imperatricem Helenam ἐπικήδειος.

Magica ex Zoroastri magis libris.

De Deo Physicæ demonstrationes.

Bessarionis ad Gemistum Epistolæ & responsiones adversæ.

Plethonis comparatio Aristotelis cum Platone. Plato præfertur.

Aristotelis operum catalogus.

Hæc sunt in quinta Tabula, seu in quinto Pluteo.

Liber Prophetarum cum expositione.

Georgii Præfecti Africæ ad Ascetrias quæ defecerant ab Ecclesia Catholica Alexandriæ.

Maximi Monachi quædam.

Alexandri Monachi de inventione Sanctæ Crucis.

S. Joannis Damasceni, de incorruptione corporis Domini quod suscipimus.

S. Dionysii Areopagitæ opera.

S. Joan. Damasceni quædam.

Disputatio Anomœi cum orthodoxo.

Ex Epistola Aëtii qui Eunomii doctor fuerat.

Disputationes Patrum contra Hæreticos, maxime contra Apollinarium & Arianos.

Basilii magni ascetica & alia opera.

Joannis Metropolitæ Euchaïtarum varia carmina & alia opera.

Gregorii Nysseni contra Eunomium, Sermones XII.

Cyrilli Alexandrini contra Nestorium.

De septima Synodo quædam.

Gregorii Nazianzeni ex Epistola festali XXXIX. Ejusdem carmina quædam.

Cyrilli Alex. de sancta & consubstantiali Trinitate. Ejusdem Thesaurus.

S. Athanasii Sermo contra idola.

Metaphrastis vitæ & martyria mensis Septembris.

Ejusdem mensis Junius, Julius & Augustus.

Dogmatica Panoplia (an Euthymii).

S. Thomæ Aquinatis quædam Græce conversa. Alia ejusdem plurima.

Item & Manuſcrip. 12. Joannis-Baptiſtæ Moncatii (*alibi legitur* Moncetti) Cardinalium elogia. num. 14.
C *Num.* 15. 16. & 17. Index omnium Epiſcoporum orbis.
Num. 18. Collectanea Patris Vadingi ad vitas Epiſcoporum.
Item & num. 19. in quo volumine fol. 445. & ſequentibus, multa ſunt de ordine Carthuſienſi.
Num. 21. 22. 23. Omnino legendi.
Num. 40. 41. 42. 43. Variæ ſcripturæ de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ.
Num. 44. Varia pro Ordinibus militaribus.
Num. 68. Inventarium Bibliothecæ Venetæ S. Marci.
Num. 69. Regiſtrum Cardinalis de Aragonia.
Num. 70. Compendium Formularii Marini de Ebulo, Innocentii Papæ IV. Vicecancellarii.
D *Num.* 71. Hiſtoria Puteolana.
Num. 81. Relationes variæ diverſarum Regionum.
Num. 83. Variæ Sanctorum vitæ.
Num. 84. Miſcellanea Bullarum & edictorum.
Num. 85. Variæ ſcripturæ pro familia Urſini de Vivariis.
Num. 99. Acta Congregationis de auxiliis tom. 2. & 3.
Num. 101. Miſcellanea de controverſia Janſeniſtarum.
Item 102. 103.
Num. 110. Variæ chartæ pro hiſturia Piſaurienſi.
Num. 134. Valarannus in Cantica, verſu.

E *Ex armario quinto.*

Num. 17. Collectanea varia de rebus Galliæ.

Num. 27. Varia Collectanea Alphonsi Ciaconii omnino legenda.

Num. 28. Varia de missionibus propagandæ Fidei. A

Num. 29. Notitia familiarum illustrium.

Num. 30. fol. 166. Chronica ad annum 1217.

Num. 130. Alphonsi Ciaconii Collectanea tom. 3.

Num. 184. Vetus Psalterium.

Num. 202. & seqq. Leges Patrum Societatis Jesu.

Ex Registro Joannis XXII. anno primo in Bibliotheca S. Isidori.

Num. 875. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ gratulatur quod Blancha Germana ipsius tradita fuerit educanda sororibus de B Longo-Campo. Dat. Avenione 3. Idus Septembris anno quarto.

Fol. 24. Ex appendice Philippo Regi Franciæ conquentur de Michaele Ministro Generali Ordinis Minorum. Dat. Kal. Aprilis anno quarto.

Fol. 29. Nobili Viro Roberto Comiti Flandriæ; hortatur ad pacem & ad observationem conventionum inter Philippum Regem Franciæ & Navarræ regentem, inter se & inter communitates Flandriæ initarum. Dat. Kal. Aprilis.

Ibid. * Scabinis, Consiliariis, & Communitati Gandavensi. Hortatur ad pacem.

Item Brugensi ad eumdem effectum.

Ex alia appendice fol. 6. Regi Franciæ; ut C quando ingredietur Monasteria Monialium causa devotionis, liceat ipsi Fratres Prædicatores vel Minores in ipsius tunc comitiva existentes secum introducere. Dat. Aveu. Idib. Augusti.

Ex Tomo primo parte prima anni primi num. 226. Nobili mulieri Joannæ Comitissæ Pictaviensi, Palatinæ Burgundiæ, & Dominæ de Salinis; ut Monasteria Monialium cujuscumque ordinis ingredi possit, & specialiter Carthusiensium ac Minorissarum. Dat. Lugduni VII. Idus Septembris anno primo.

Num. 487. Nobili mulieri Matildæ Comitissæ Atrebatensi; ut Monasteria Monialium Carthusiensium, Cisterciensium, Jacobitarum & aliarum inclusarum ingredi pos- D sit. Dat. Aven. octavo Idus Octobris ann. primo.

Num. 849. Nobili Viro Philippo claræ, memoriæ Regis Franciæ filio, Regna Franciæ & Navarræ regenti; ut Monasteria Monialium cum octo Fratribus Prædicatorum & Minorum Ordinum ingredi possit. Dat. Aven. 2. Id. Novemb. ann. primo.

Num. 881. Nobili Viro Guidoni de Castellione & Margaritæ ejus conjugi Comitissæ Blesensi; ut Monasteria Jacobitarum & Minorissarum ingredi possint cum quatuor viris & quatuor mulieribus. Dat. Aven. apud Castrum novum quinto Kal. Octob. anno primo.

Num. 899. Philippo Regi Franciæ illustri; ut Monasteria Monialium cum octo Fratri- E bus Prædicatorum & Minorum Ordinum decenti Comitiva virorum ac mulierum ingredi possit, dummodo in eis nec edat nec pernoctet. Dat. Aven. Idibus Augusti anno primo.

Ex appendice num. 18. Fratribus Bertrando Ministro Ordinis Minorum in Aquitania, ac Bernardo Guidoni Ordinis Prædicatorum, Inquisitori hæreticæ pravitatis in Tolosana provincia; quo pacto se gerere debeant circa hæreticos. Dat. Aven. quarto Kal. Februarii anno primo.

Num. 118. Officiali Biterrensi; ut pacem cum Fratribus Minoribus habeat, nec eos gravet. Dat. Aven. V. Kal. Maii anno primo.

Num. 156. Canonisatio S. Ludovici Episcopi Tolosani. Dat. Aven. quarto Idus Aprilis anno primo.

Num. 314. Episcopo Agennensi: ut pacem procuret inter nobiles Viros Amanevum de Lebreto, & Sanseverium de Pinibus milites. Dat. Aven. VII. Idus Julii anno primo.

Num. 1317. Nobili mulieri Blanchæ Filiæ Sanctæ memoriæ B. Ludovici Regis Franciæ; ut quosd. Fratres Minores executores sui testamenti facere valeat. Dat. Aven. Kal. Januarii ann. primo.

Num. 1748. Nobili mulieri Blanchæ relictæ quondam Philippi de Atrebato; ut Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. VII. Kal. Novembris ann. primo.

Num. 2170. Joannem Electum Trecorensem confirmat post obitum Gaufredi. Dat. Aven. IX. Kal. Martii ann. primo.

Num. 2171. Nobili Viro Joanni Duci Britanniæ eumdem Electum Trecorensem confirmat & commendat. Dat. ut supra.

Num. 2245. Nobili mulieri Margaritæ Comitissæ de Rossiaco; ut Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. II. Idib. Feb. ann. primo.

Num. 2600. Archiepiscopo Auxitano, & Tolosano & Lemovicensi Episcopis commendat Moniales inclusas S. Damiani. Dat. Aven. Idibus Aprilis ann. primo.

Num. 2086. Abbatissæ & Conventui de Monte-Marciano Ordinis Sanctæ Claræ Adurens. Diocesis; ut X^m. ad summam annuam 50. librarum Morlanorum (de Morlas) ad decennium de manibus Laïcorum redimere possint, ad preces Nobilis mulieris Margaritæ Comitissæ Fuxensis, & Vice-Comitissæ Bearnii concedit. Dat. Aven. 2. Non. Febr. anno primo.

Num. 2803. Archiepiscopo Remensi, & Parisiensi & Merensi Episcopis commendat Moniales S. Damiani. Dat. Aven. Idib. Aprilis an. primo.

Num. 2872. Guillelmum Ordinis S. Augustini Ecclesiæ Niciensi Episcopum præficit post obitum Raymundi. Dat. Aven. oct. Kal. Maii an. primo.

Eumdem commendat Archiepiscopo Ebredunensi. Dat. ut supra.

Num. 2896. Monialibus de Gordonio Ordinis S. Claræ Caturcensis Diœcesis varia summorum Pontificum privilegia refert & confirmat. Dat. Avenion. quarto Kal. Junii anno primo.

Item & eas commendat Petragoricensi, Agennensi & Lemovicensi Episcopis. Dat. ut supra. *Ex*

Ex Registro anni secundi.

Ex prima parte anni secundi n. primo in appendice: Dilectis filiis Guardiano vel ejus Vicario ac conventui Fratrum Minorum Tolosæ. Scire vos facimus quod nos quædam bona mobilia bonæ memoriæ Arnaldi Pampilonensis Episcopi quæ penes vos fuerunt ab olim per executores Testamenti dicti quondam Episcopi in domo vestra deposita, quæve nuper mandavimus per vos ad Cameram nostram mitti, eidem sunt Cameræ per vestros nuntios assignata unà cum literis executorum quorum sigillo munitis, ut prima facie apparebat super deposito prædicto confectis: super quo quidem deposito vos & Ordinem vestrum in antea per quemvis impeti nolumus, veluti quos inde protsus absolvimus & præsentium autoritate quietamus. Dat. Aven. nonis Septembris anno secundo.

Num. 40. Magnifico viro Ubec Imperatori Tartarorum: gratulatur quod Christianis faveat. Dat. Aven. quinto Kal. Aprilis anno secundo.

In idem effectum scribit Episcopis Cracoviensi & Missenensi, ac Duci Cracoviensi. Dat. Aven. Kal. Maii anno secundo.

Item & nobilibus viris Henrico de Lypa, Petro de Monte Rosarum, Willelmo de Valdec, & aliis nobilibus per Regnum Bohemiæ constitutis, hortaturque ut Christianis faveant. Dat. ut supra.

Num. 95. Cancellario Ecclesiæ Parisiensis; ut Petrum Aurioli Ordinis Minorum ad Doctoratum recipiat. Dat. Aven. secundo Idus Julii anno secundo.

Num. 143. Raynaldum de Sancta Arthemia Canonicum Petragoricensem Capellanum suum, Rectorem Ducatus Spoletani instituit. Dat. Aven. quarto Nonas Augusti anno secundo.

Num. 144. Guillelmum Costæ Decanum Ecclesiæ Tullensis Capellanum suum. Patrimonii B. Petri in Tuscia Rectorem instituit. Dat. ut supra.

Num. 145. Amelium Præpositum Monasterii Bellimontis Rutenensis Diœcesis Capellanum suum, Marchiæ Anconitanæ Rectorem instituit. Dat. ut supra.

Num. 147. Pontium Augerii Canonicum Barjolensem Forojuliensis & Hugonem Bonis de Arnaco Rutenensis Diœcesis, Sedis Apostolicæ nuncios instituit, ut bona hæreticorum in variis Provinciis Italiæ ab Inquisitoribus Cameræ Apostolicæ assignata, &c. Dat. Aven. quarto Nonas Augusti anno secundo.

Num. 381. Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis ut Valdenses hæreticos insequantur. Dat. Aven. decimo Kal. Februarii anno secundo.

Ex parte quarta anni primi n. 3233. Dilecto Filio Fratri Joanni Vies Ord. Minorum Pœnitentiario nostro salutem, ob dilectionis plenitudinem & benevolentiæ specialis affectum, quos ad carissimum in Christo Filium nostrum Philippum Franciæ & Navarræ Regem illustrem gerimus & habemus, volentes personam, qui suis & carissimæ in Christo Filiæ nostræ Joannæ Franciæ & Navarræ Reginæ illustris consortis insistis obsequiis, prærogativæ prosequi gratiæ specialis, te in nostrum pœnitentiarium recepimus gratiose tibi, quod juxta beneplacitum eorum Regis vel Reginæ cujus nosceris specialis esse Confessor possis in ipsorum servitio commorari autoritate præsentium duximus concedendum. Dat. Aven. secundo Idus Julii anno primo.

Num. 4197. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ illustri, ut Monasteria Monialium inclusarum & specialiter Carthusiensium ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Augusti anno primo.

Ex secunda parte anni secundi. num. 1042. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ, ut quemdam e Fratribus Minorum Testamenti sui executorem instituere possit. Dat. Aven. decimo septimo Kal. Aprilis anno secundo.

Num. 2151. Nobili viro Joanni Comiti Namurensi & nobili mulieri Mariæ de Artesio ejus uxori, ut Monasteria Monialium ingredi possint. Dat. Aven. secundo Nonas Aprilis anno secundo.

Num. 2254. Joannæ de Haricuria nobili mulieri Ebroïcensis Diœcesis, ut Monasterium de Longo-Campo juxta Parisius ingredi possit ad visitandum Margaritam & Joannam de Brabantio Germanas suas ibidem Moniales. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Junii anno secundo.

Ex Registro anni tertii.

Num. 232. Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in Regno Franciæ per Sedem Apostolicam deputatis, quomodo in officio se gerere debeant. Dat. Aven. quarto Nonas Novembris anno tertio.

Num. 295. Provinciali Fratrum Minorum Franciæ, ut cum Blancha Filia Philippi Regis Franciæ, & Joannæ Reginæ, moniali in Longo-Campo in omnibus quæ de substantia dicti Ordinis non erunt, dispensare possit. Dat. Aven. sexto Nonas Februarii anno tertio.

Num. 450. Nobili mulieri Margaritæ Comitissæ de Claromonte Anglonensis Diœcesis; ut in castro Senesii Anglonensis Diœcesis in quo quondam Hugo Comes Claromontis frater ipsius interfectus fuit, Conventum Fratrum Minorum construere possit. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 555. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ rescripta varia, ut Fratres Minores Testamenti executores instituere possit, Blancham Filiam Monialem facere in Longo-Campo, cum ipsa dispensare, &c. Dat. Aven. sexto Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 559. Nobilibus mulieribus Mathildi Comitissæ Atrebatensis aviæ, & Joannæ Ducissæ Burgundiæ sorori, ut Blancham Monialem in Longo-Campo neptem & sororem visitare possint. Dat. Aven. sex-

to Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 866. Archiepisc. Tolosano & Apamiensi & S. Papuli Episcopis, ut insequantur A Fratrem Bernardum Delitiosi Ordinis Minorum, qui Benedictum Papam XI. Veneno necaverat, & alia crimina patraverat, & capi faciant. Dat. Aven. decimo septimo Kal. Augusti anno tertio.

Num. 1559. Abbatissæ & Conventui Monialium S. Claræ de Monte Martiano Adurensis Diœcesis a Gastone Vicecomite Bearnii, & Martha ejus uxore conditi, ut quasdam terras commutare possint. Dat. Aven. secundo Nonas Februarii anno tertio.

Ex Registro anni quarti.

Num. 135. Blanchæ Philippi Regis Franciæ B Filiæ Moniali in Longo-Campo, ut duas mulieres sæculares honestas, item Capellanum, & unum Medicum, item & Confessorem intra claustra habere possit. Dat. Avenione Idibus Januarii anno quarto.

Num. 751. Archiepiscopo Bisuntinensi, ut fratres & sorores de pœnitentia insequatur & puniat. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Maii anno quarto.

Ex Registro anni quinti.

Num. 87. Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, &c. Notum facit Hisnardum quondam Patriarcham Antiochenum & Administratorem Ecclesiæ Papiensis, a se fuisse depositum, & ab omni sacerdotali C & clericali officio privatum fuisse, ut eum capi faciant & ad se deduci. Datum Aven. duodecimo Kal. Decemb. anno quinto.

Num. 180. Episcopo Tolonensi ut Beguinas insequatur & castiget, eas vero quæ in castro de Arcis, & loco de Robodo a Sanctia Regina Siciliæ stabilitæ sunt, protegat & inquirat. Dat. Aven. decimo Kal. Decembris anno quinto.

Num. 276. Raymundum Vigintimilliensi Ecclesiæ præficit per obitum Othonis. Dat. Aven. sexto Kal. Decembris an. quinto.

Num. 287. Episcopo Cameraceosi, ut super vita & moribus Beguinarum inquirat. Dat. Avenione secundo Kal. Januarii anno quinto. Idem scribit Episcopo Tor- D nacensi & Parisiensi.

Num. 477. Isabellæ natæ Philippi Regis Franciæ, ut Monasterium Monialium de Longo-Campo ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Decemb. anno quinto.

Idem concedit & Margaritæ natæ Philippi Regis Francorum.

Num. 647. Petrum præficit Ecclesiæ Aquensi vacanti per assumptionem Petri Archiepiscopi Aquensis ad Cardinalatum tituli S. Pudentianæ. Dat. Aven. tertio Kal. Martii anno quinto.

Eidem pallium mittit. Dat. Aven. duodec. Kal. Julii anno quinto.

Ex Registro anni sexti. E

Num. 23. Georgio Regi Georgianorum ejusque Baronibus; ut Fratribus Minoribus a Sede Apostolica deputatis faveant. Dat. Aven. Idibus Octob. anno sexto.

Num. 24. Fratribus Minoribus in terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, &c. proficiscentibus; quomodo se gerere debeant perscribit. Dat. Aven. decimo Kal. Novemb. anno sexto.

Num. 25. Zachariæ Archiepiscopo S. Thadæi & Fratribus Prædicatoribus ac Minoribus in Imperio Tartarorum commorantibus quomodo se gerere debeant. Dat. Aven. Idibus Octob. anno sexto.

Num. 34. Magnifico viro Mussayd Imperatori Tartarorum; ut Christianis faveat. Dat. Aven. decimo Kal. Decemb. anno sexto.

Varia item rescripta populo Armenorum, & in Imperio Tartarorum constitutis. Dat. Aven. ut supra.

Num. 41. Valentinensi & Vivariensi Episcopis; ut insequantur eos qui quosdam Fratres Ord. Minorum Inquisitionis hæreticæ pravitatis male tractaverant insudantes, & occiderant. Dat. Aven. secundo Kal. Decembris anno sexto.

Num. 52. Archiepiscopis Narbonensi, Tolosano, Auxitanensi & cæteris; ut Fratres tertii Ord. Franciscanorum de variis calumniis illatis conquerentes audiant & referant. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Martii anno sexto.

Num. 56. Zachariæ Archiepiscopo S. Thadæi in Imperio Tartatorum, hortatur ad perseverantiam & dat monita salutaria pro regimine populi. Dat. Aven.

Num. 72. Nobili mulieri Mathildi Comitissæ Atrebatensi, Burgundiæ, Palatinæ & Dominæ de Salinis, ut Monasterium Monialium S. Claræ in villa de S. Odomaro Morinensis Diœcesis ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Octob. anno sexto.

Num. 497. Nobilissimo Abustano nato claræ memoriæ Cotogaui Regis in partibus Tartariæ, congaudet quod Christianus factus sit, & ut Fidem Catholicam promoveat, hortatur. Dat. Aven. secundo Kal. Martii anno sexto.

Num. 878. Carolo Regi Franciæ & Navarræ, ut Monasterium Monialium ingredi possit. Dat. Aven. quinto Nonas Julii anno sexto.

Num. 942. Joannem Ecclesiæ Lodovensi præficit per translationem Jacobi in Archiepiscopum Aquensem. Dat. Aven. septimo Idus Julii anno sexto.

Num. 944. Joanni Episcopo Trecorensi olim Ordinis Minorum licentiam Testamenti concedit. Dat. Aven. Idib. Maii anno sexto.

Num. 1029. Bernardum præficit Ecclesiæ Corisopitensi vacanti per obitum Thomæ. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Augusti anno sexto.

Hunc commendat Archiepiscopo Turonensi, & Joanni Duci Britanniæ. Dat. ut supra.

Num. 1189. Archiepiscopis & Episcopis, ut insequantur & castigent Fratricellos, seu Fratres de paupertate, & Bizochos, seu Bichinos viros pelliferos. Dat. Aven. Kal. Augusti anno sexto.

Ex Libro Litterarum Secretarum an. VIo. & VIIo.

Fol. 86. Michaëli Archiepiscopo Armenorum tristatur de apostasia Thadei, & ad perseverantiam & observantiam Canonum hortatur. Dat. Aven. duodecimo Kal. Augusti anno sexto.

Idem scribit Stephano Episcopo Saraicensi.

Item & populo Armenorum.

Item & Thomæ Archiepiscopo Mamestrensi, Hieronymo Episcopo Caphensi, & Januensibus in dicta Diœcesi constitutis.

Item & magnifico viro Han Boisser Imperatori Tartarorum. Dat. Aven. tertio Nonas Junii anno sexto.

Fol. 105. Duci Venetiarum, ut Carolum de Recanato hæreticum castigari procuret. dat. Aven. decimo Kal. Julii an. sexto.

Fol. 123. Raynaldo de S. Arthemia Rectori Ducatus Spoletani conqueritur quod in Civitate Spoletana susceptus fuerit Fredericus olim Comes de Monte Feretro S. R. E. rebellis. Dat. Aven. decimo Kal. Januarii anno sexto.

Fol. 145. Episcopo Ferrariensi, ut Raynaldum & Opisonem Fratres Filios nobilis viri Hildebrandini Marchionis Estensis S. R. E. rebelles hortetur ad unitatem Ecclesiæ redire, & redeuntes suscipere. Dat. Aven. ut supra.

Varia item super eodem rescripta.

Fol. 146. Duci, Consilio & Communi Venetiarum conqueritur de Matthæo vice Comite Mediolani Ecclesiæ Rom. rebelli perfido & depopulatore.

Item & de Galeatio, Marco & aliis ejusd. Matthei Filiis Fidei Catholicæ corruptoribus, contra quos quid agendum sit per Paulinum Ord. Minorum pœnitentiarium suum mittit. Dat. Aven. sept. Kal. Martii anno sexto.

Varia item super eod. negotio rescripta. Hos excommunicandos tandem denuntiat Archiepiscopo Mediolanensi, & aliis.

Ex Registro anni septimi.

Fol. 204. Nobili mulieri Alienordi de Monte Forti Comitissæ Vindocinensi; hortatur ad pacem cum nobilibus viris Petro Raymundi, & Guidone de Convenis nepotibus suis.

Item & dictos nobiles viros hortatur ad pacem. Dat. Aven. decimo septimo Kal. Septemb. anno septimo.

Fol. 270. Varia circa petitiones Regis Franciæ pro passagio ultra Marino, & rescripta data super hoc Patriarchæ Jerosolymitano, A. Episcopo Paphensi, Regi, Cypri, Geraldo de Pinibus; Magistri Ord. S. Joannis Jerosolymitani locum tenenti, Leoni Regi Armeniæ; Potestati, Capitaneo & Antianis ac Communi Januensibus, Petro in Patriarcham Jerosolymorum electo. Dat. Aven. mensibus Aprili & Maio anno septimo.

Fol. 186. Valentiniensi & Vivariensi Episcopis; ut acrius in hæreticos hujus Provinciæ agant. Dat. Aven. decimo quinto Kal. Decembris anno septimo.

A *Fol.* 790. Cancellario Parisiensi, ut Fratri Francisco de Mayronis de signa Ordinis Minorum Baccalaureo licentiam legendi & docendi conferat. Dat. Aven. nono Kal. Junii anno septimo.

Ex Registro anni octavi.

Fol. 90. Episcopo Paphensi pluta scribit pro meliori regimine Ecclesiæ Armeniæ. Dat. Aven. quinto Idus Augusti anno octavo.

Fol. 121. Zachariæ Archiepiscopo S. Thadei, congaudet quod in Imperio Tartarorum Christi Fides augeatur. Dat. Aven. decimo Kal. Decembris anno octavo.

Item Jacobo & Petro de Ordine Minorum & per ipsos ad Tartaros pro pace & Religione servanda. Dat. ut supra.

B *Fol.* 275. Philippo Comiti Ebroïcensi; ut Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. quinto Kal. Januarii anno octavo.

Fol. 425. Joannæ natæ quondam Ludovici Comitis Ebroïcensis idem. Dat. Aven. quarto Idus Jannarii anno octavo.

Fol. 485. Henrico Domino de Soliaco, ut Monasterium Monialium de Longo-Campo ingredi possit. Dar. Aven. quarto Nonas Januarii anno octavo.

Fol. 632. Matildæ Comitissæ Atrebatensi; ut Monasterium Monialium S. Claræ de S. Odomaro a genitore suo fundatum ingredi possit. Dat. Aven. octavo Idus Januarii anno octavo.

Fol. 746. Nobili mulieri Mariæ natæ Caroli
C Comitis Valesii, ut in Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. quinto Idus Martii anno octavo.

Fol. 1628. Nobili mulieri Mathildæ Comitissæ Burgundiæ; ut Monasterium Monialium S. Claræ juxta Sanctum Odomarum ab antecessoribus suis fundatum ingredi possit. Dat. Aven. duodecimo Kal. Septembris anno octavo.

Fol. 1779. Bernardum præficit Ecclesiæ Nemausensi per obitum Bernardi in partibus Lombardiæ defuncti. Dat Aven. decimo Kal. Septembris anno octavo. pro quo scribit Carolo Regi Franciæ & Navarræ. Dat. ut supra.

Fol. 1850. Abbati Flaviacensi Diœcesis Belvacensis; ut corpora defunctorum Joan-
D nis de Tria militis io Prædicatorum, & Margaritæ ipsius conjugis in Minorum Ecclesiis sepulta ad Monasterium de Gomerfontaine Ordinis Cisterc. Rotbomagens Diœcesis transferri & in eo sepeliri procuret. Dat. Aven. decimo tertio Kal. Julii anno octavo.

Fol. 1947. Abbatissæ & Conventui Monialium S. Claræ extra muros Lectorenses; ut in Ecclesia sepelire possint corpora fidelium, ut a decimis eximantur, &c. Dat. Aven. Kalendis Septembris anno octavo.

Ex Registro anni noni.

E *Num.* 1342. Episcopo S. Flori; ut nobili mulieri Isabellæ de Ruthena Vicecomi-

tissæ Carlatensis Dioecesis S. Flori, opem ferat pro condendo Monasterio Monialium S. Claræ in loco Boysseto. Dat. Aven. sexto Nonas Martii anno nono.

Ex Tomo Secretorum an. IX°. & X°.

Num. 141. Galberto Archiepiscopo Bituricensi, Cameratio suo; ut cognoscat de electione Berengariæ de Corvo in Abbatissam Monasterii S. Claræ Avenionensis post obitum Alasiæ de Salvano nuper Abbatissæ defunctæ. dat. Aven. tertio Idus Aprilis anno nono.

Num. 177. Amelio Abbati Monasterii S. Saturnini Tolosæ, Capellano suo Rectori Marchiæ Anconitanæ; ut inquirat contra quosdam Fratres Minores qui se privilegium Sedis Apostolicæ habere dicebant recipiendi indistincte legata & male ablata. Dat. Aven. Kalendis Augusti anno nono.

Fol. 191. Guillelmo Archiepiscopo Bituricensi; ut inquirat contra quosdam Fratres Minores Exoldum Dioecesis Bituricensis commorantes qui in Festo Translationis B. Nicolai cum Mitra, Baculo Pastorali, & aliis Pontificalibus insigniis Missam Conventualem celebraverant, & ex illis unus Cardinalem se a summo Pontifice factum jactaverat. Dat. Aven. Kal. Junii anno decimo.

Aliud item eidem super eodem negotio. Dat. Aven. tertio Nonas Septemb. ann. decimo.

Fol. 1796. Nobili Viro Petro de Via Domino Calvineti S. Flori Dioecesis; ut Monasterium Monialium in loco de Granceyrasco Dioecesis Ruthenensis ædificare & dotare possit. Dat. Aven. 12. Kal. Julii anno X.

Num. 2466. Priori Prædicatorum de Argento & Guardiano Minorum Sagientium; ut inquirant super pravis moribus & malo regimine Gaufridi Abbatis Monasterii S. Petri super Divam Ordinis S. Benedicti. Dat. Aven. 8. Kal. Septemb. ann. X.

Tomo I. anni XI.

Fol. 3. Episcopo Elnensi; ut inquirat super vita & moribus ac Fide Fratris Guillelmi Nigri Ordinis Minorum qui proponens populo Verbum Dei dixerat quod Redemtor noster J. C. nihil in proprio nec in communi habuit, nec etiam ejus discipuli habuerunt. Dat. Aven. 6. Idus Octobris anno XI.

Num. 32. Carolo Hungariæ Regi gratulatur quod hæreticos insequatur. Varia item super hoc rescripta Archiepiscopis Strigoniensi. Colossensi, & aliis ejusdem Regni. Dat. Aven. Kalendis Julii ann. XI.

Num. 1042. Venerabili Fratri Bernardo Ordinis Minorum Episcopo Nemausensi dat licentiam testandi. Dat. Aven. Kal. Martii anno XI.

Num. 1075. Episcopo Ruthenensi; ut Monasterium, seu locum Fratrum quondam ordinis de Sacco, seu de pœnitentia de Amiliano concedat Monialibus Sanctæ Claræ ejusdem loci. Dat. Aven. Kal. Martii anno XI.

Num. 1108. Officiali Burdegalensi; ut pacem faciat inter Rectores Ecclesiarum Burdegalensium, & Fratres Minores ejusdem loci. Dat. Aven. X. Kal. Feb. ann. XI.

Num. 1276. Episcopo Cabilonensi; ut nobilem mulierem Margaritam Dominam de Sancta Cruce Lugdunensis Dioecesis, in fundando Monasterio Monialium Sanctæ Claræ ibidem adjuvet. Dat. Aven. X. Kal. Apr. ann. XI.

Ex Libris Secretarum ann. XI. & XII.

Varia rescripta super Michaële de Cesena & Guillelmo Okam. Dat. Aven. V. Kal. Junii ann. XII. &c.

Fol. 197. Regi Franciæ commendat Ordinem Fratrum Minorum & ipsius Ministros. Dat. Aven. V. Idus Junii ann. XII.

Fol. 199. Philippo Regi Franciæ fuse scribit de Michaële de Cesena, & pro Ordine Fratrum Minorum, quem sincere diligit.

Idem scribit Joannæ Reginæ Franciæ num. 200. & 201. Dat. Aven. III. Kal. Augusti anno XII.

Ex Registro anni XII.

Num. 359. Margaritæ Ducissæ Bavariæ ad preces Elisabeth Reginæ Bohemiæ matris suæ dat licentiam ingredi Monasteria Monialium Sanctæ Claræ. Dat. Aven. V. Idus Octob. ann. XII.

Num. 413. Abbatissæ & Conventui Monialium Sanctæ Claræ Sistaricensis Ordinis S. Damiani dat exemptionem a decimis solvendis, aliisque exactionibus vel collectis, &c. Dat. Aven. X. Kal. Januar. ann. XII.

Num. 1650. Stephano Chotardi Sacristæ Lodovens. & Priori Prædicatorum ac Guardiano Minorum, ut inquirant super vita & regimine Petri Abbatis Monasterii S. Jacobi Biterrensis Ordinis S. August. de incontinentia & dilapidatione bonorum accusati. Dat. Aven. X. Kal. Aprilis ann. XII.

Num. 1962. Philippo Regi Franciæ; ut Monasteria Monialium cujuscumque Ord. cum tribus Fratribus Prædicatoribus & Minoribus ingredi possit. Dat. Aven. octo Kal. Junii anno XII.

Num. 2208. Archiepiscopo Burdegalensi; conqueritur quod non permittat Fratribus Prædicatoribus & Minoribus proponere Verbum Dei. Dat. Aven. IV. Kal. Julii ann. XII.

Num. 2801. Abbatissam & Conventum Monasterii Sanctæ Claræ Nemausens. de vitæ sanctitate laudat, eisque privilegia concessa Monasterio Sanctæ Claræ Avenionensi, concedit. Dat. Aven. Kal. Sept. ann. XII.

Num. 3408. Prioribus S. Orientii & de Pardiaco Auxitanæ Dioecesis; ut Fratribus Minoribus Conventus de Miranda a nobili quadam Martha Bernardi Comitis Astariaci conjuge fundatis faveant. Dat. Aven. octavo Kal. Junii ann. XII.

Ex

Ex Registro ann. 13. A

Num. 94. Ecclesiæ Vencienſi præficit Raymundum per Translationem Fulconis ad Tolonenſem. Dat. Aven. oct. Idus Novemb. ann. XIII.

Num. 235. Willelmo Longæ & Ulineſi Archidiaconis, & Cancellario Eccleſiæ Toloſanæ; ut mendicantes decretalem, ſuper Cathedram, obſervare cogant. Dat. Aven. III. Kal. Novemb. ann. XIII.

Num. 261. Idem ſcribit Archiepiſcopo Vienneſi, & Cabiloneſi & Belliceſi Epiſcopis. Dat. Aven. octavo Idus Novemb. ann. XIII.

Num. 272. Nicolao Aiacenſi, Catholico Armenorum Leoni Regi Armeniæ varia ſcribit pro bono regimine Eccleſiæ in Armenia. Dat. Aven. XVI. Kal. Novemb. ann. XIII. B

Num. 1653. Elizabeth Comitiſſæ Juliacenſi, ut Monaſteria Monialium Diœceſis Colonienſis ingredi poſſit.

Idem concedit Ricardæ Duciſſæ Bavariæ.

Idem Joannæ Comitiſſæ Juliacenſi. Dat. Aven. IX. Kal. Feb. ann. XIII.

Num. 2943. Ut nobilem virum Guillelmum de Fargis Domicellum Vaſatenſis Diœceſis, ut a voto quod emiſerat, matre ipſius gravi ægritudine laborante B. Jacobi limina viſitandi, Guardianus Fratrum Minorum de Marmanda abſolvere poſſit, propter inimicitias capitales quas dictus Guillelmus habet, dummodo ad dictum locum S. Jacobi tantum pecuniæ mittat, quantum expendere coactus fuiſſet in itinere. Dat. Aven. Kal. Septemb. anno XIII. C

Num. 3078. Univerſis Chriſtianis in Imperio Perſidis conſtitutis; quos hortatur ad pacem & caritatem. Dat. Aven. XII. Kal. Sept. anno XIII.

Num. 3084. Idem ſcribit Chriſtianis in Indiis conſtitutis.

Num. 3183. Idem ſcribit Chriſtianis in Imperio Elgigadai & in minori India conſtitutis. Dat. ut ſupra.

Ex Libro Secretorum ann. XIII.

Fol. 33. Fulconi de Popia Theſaurario Eccleſiæ Andegavenſis, & Rectori Marchiæ Anconitanæ, conqueritur de Ludovico de Bavaria, & Petro de Corbaria, & ut eos, eorumque fautores inſequantur præcipit. Dat. Aven. XIII. Kal. Febr. anno XIII. D

Varia eidem ſuper eodem negotio reſcripta, & aliis, videlicet Archiepiſcopo Colonienſi, Bertholdo electo Argentinenſi, Radulpho juniori Comiti de Baden, Roberto Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Ulrico Comiti de Wirtemberg, Gerlaco & Henrico Comitibus de Naſſau. Dat. Aven. XV. Kal. Junii anno XIII.

Fol. 118. Joannæ Reginæ Franciæ. Nuper quemdam proceſſum habitum coram venerabili Fratre noſtro Joanne Epiſcopo Reatino, autoritate ordinaria cognoſ- E

cente ſuper matrimonio illius ſchiſmatici & hæreſiarchæ Petri de Corbaria, & cujuſdam mulieris eumdem Petrum in ſuum maritum legitimum vendicantis, per dilectum filium Magiſtrum Joannem Aufurre Cantorem Conſtantienſem ad partes Franciæ duximus deſtinandum: nunc autem miſſa nobis deſinitiva ſententia per Dominum Epiſcopum ſuper eodem matrimonio permulgata, illam ſub ſigillis authenticis dilecto filio nobili Viro Bertrando de Miet familiari noſtro mittimus ſuæ celſitudini, ſi audire ſeriem dictæ ſententiæ volueris exhibendam. Dat. Aven. XVI. Kal. Aprilis anno XIII.

Idem ſcribit R. de Atrebato Comiti Bellimontis.

Idem Carolo Comiti Alenconii, ac Regi Franciæ.

Fol. 123. Epiſcopo Pariſienſi & Univerſitati Magiſtrorum ſtudii Pariſienſis; Literas quaſdam clauſas vobis directas januis Pariſius affixas Eccleſiæ his diebus quas nobis Nuntius veſter unà cum literis veſtris aliis devotis ſimiliter præſentavit, benigne recepimus, devotionem & fidelitatem quas ad nos & Sanctam Rom. Eccleſiam vos in præſenti oſtendiſtis gerere plurimum, in Domino commendantes, ſcientes quod præfatæ literæ nobis directæ erant cujuſd. Fratris Minorum fatui, qui ſe vocat Gerardum Roſtagni de Janua Prophetam, illius Michaëlis de Ceſena hæretici & ſchiſmatici ſequacis & fautoris, cuique in fuga quam fecit de loco Curiæ noſtræ abfuit, ſicut ipſe fatetur in eiſdem literis auxiliis & Conciliis opportunis. Dat. Aven. III. Idus Julii anno XIII.

Idem ſcribit Gerardo de Capinulo Cantori Pariſienſi.

Fol. 124. Joannæ Reginæ Franciæ; aſſerit quod diligat Ordinem fratrum Minorum, nec ei nocebit, ſed de Petro de Corbaria & Michaële de Ceſena fuſe conqueritur, & quæ contra ſe egerunt, refert. Dat. Aven. tertio Nonas Maii ann. XIII.

Fol. 125. Idem ſcribit Deſinitoribus Capituli generalis Ordinis Fratrum Minorum, & cæteris Fratribus Pariſius in Capitulo generali congregatis. Dat. Aven. octavo Kal. Junii ann. XIII.

Item & Regi Angliæ & Iſabellæ Reginæ Angliæ. Dat. Aven. IX. Kal. Sept. ann. XIII.

Item Gundiſalvo Archiepiſcopo Braccarenſi, Petro Archiepiſcopo Cæſar-Auguſtano, Joanni Patriarchæ Alexandrino, Alphonſo Regi Arragonum. Dat. ut ſupra.

Fol. 176. Philippus de Majoricis, Theſaurarius B. Martini Turonenſis, pro ſe & ſui propoſiti ſociis ſupplicat Papæ ut poſſint vovere & obſervare ad literam Regulam S. Franciſci. Dat. ut ſupra.

Ex Registro ann. XIV.

Num. 335. Regi Raſciæ, Regi Getilicenſi Georgianæ, Regi Choranicenſi, Principi Solagai, Getilicenſi & aliis, Chriſtianos & Fratres Minores commendat. Dat. Aven. Kal. Decemb. ann. XIV.

Num. 816. Nobili Viro Domino Naftarinorum, Episcopum Columbensem, & Christianos commendat. Dat. Aven. sexto Idus Aprilis anno XIV. A

Num. 949. Idem scribit Christianis commorantibus in Molephatam. Dat. Aven. II. Kal. Aprilis anno XIV.

Ex Libro Secretorum ann. XIV.

Fol. 1. Communi, Universitati ac populo urbis gratulatur quod Petrum de Corbaria dereliquerint, ignoscit præterita, pacem cum ipsis facit sub variis conditionibus. Prima, quod fidem Catholicam quam Sancta Mater Ecclesia tenet, tenebunt. Secunda, quod ad Imperatorem nequaquam pertinet, Papam deponere & alium ordinare. Tertia, quod electio Papæ ad Clerum urbis non pertinet, sed ad Collegium Cardinalium, &c. Dat. Aven. XV. Kal. Martii. anno. XIV. B

Fol. 3. Aliud item instrumentum pacis inter Papam & Romanos & inter Joannem S. Theodori Cardinalem ex una parte, & nobiles Viros Jacobum de Sabello & Theobaldum de S. Eustachio Cives Romanos ex altera, procuratores sub variis conditionibus fuse expressis. Dat. Aven. tertio Idus Octob. anno XIV.

Varia item super reductione Fratris Petri de Corbaria.

Fol. 64. Marsoriano Jacobitarum scribit ut Christianis faveat & pacem ac pietatem in ipsis promoveat. Dat. Aven. X. Kal. Feb. anno XIV. C

Fol. 796. Arnaldum præficit Ecclesiæ Sarlatensi vacanti per obitum Bertrandi in civitate Nemausensi defuncti. Dat. Aven. V. Kal. Jun. anno XIV.

Num. 3281. Bertrando Episcopo Tusculano dat licentiam restandi, licet in Ordine Minorum professo. Dat. Aven. Idib. Aug. anno XIV.

Fol. 3292. Arnaldum e Salernitana Ecclesia transfert ad Sarlatensem. Dat. Aven. IV. Kal. Julii anno XIV.

Ex Registro ann. XV.

Num. 759. Archiepiscopo Lugdunensi commendat nobilem mulierem Margaritam Dominam de Sancta Cruce Lugdunensis Diœcesis, & Monasterium Monialium Sanctæ Claræ in civitate Cabilonensi ab ipsa fundatum. Dat. Aven. Kal. Martii anno XV. D

Num. 1099. Narbonensi & Tolosano Archiepiscopis commendat Abbatissam & Conventum Monialium Sanctæ Claræ de Altaripa Diœcesis Tolosanæ, puritate vitæ fulgentium. Dat. Aven. Nonis Julii ann. XV.

Ex alia parte Registri.

Fol. 627. Endelinam de Parisius Monialem Monasterii S. Marcelli prope Parisius Ordinis Sanctæ Claræ, non ex legitimo thoro, sed de claræ memoriæ Ludovico Rege Francorum soluto & conjugata natam, dispensat super defectu natalium. Dat. Aven. IV. Idus April. anno XV. E

Num. 632. Theobaldum Abbatem Monasterii Trenorchiensis Cabilonensis Diœcesis, & Abbatem de Dea Aniciensis Diœcesis Legatos mittit pro pace stabilienda inter Bernardum Episcopum Aniciensem & Capitulum ejusdem Ecclesiæ super jurisdictione, correctione & dominiis. Dat. Aven. Nonis Decemb. anno XV.

Ex Libro Secretorum.

Num. 4. Episcopo Parisiensi gratulatur quod hæreses Conradi de Provincia Allemaniæ Ordinis Minorum per Constitutiones suas condemnaverat. Dat. Aven. IX. Kalend. Decemb. anno XV.

Num. 22. Eidem Episcopo Parisiensi notum facit quod Petrus de Corbaria ab hæresi & schismate resipuit. Dat. Aven. XIII. Kal. Octob. anno XV.

Idem scribit Regibus Franciæ, Siciliæ, Arragonum, Castellæ, Portugalliæ, Hungariæ, Poloniæ, Majoricarum, Joannæ Reginæ Franciæ. Dat. Aven. octavo Kal. Decemb. anno XV.

Fol. 25. Hugoni Episcopo Parisiensi gratulatur super conversione Petri de Corbaria, & gratias agit de iis quæ fecit tam contra ipsum Petrum de Corbaria, quam contra Conradum de Allemania. Dat. Aven. IX. Kal. Octob. anno XV.

Fol. 101. Petro Petri Monacho Monasterii S. Michaelis Discalceatorum prope Pisas ordinis S. Benedicti, qui post obitum Laurentii Abbatis ejusd. Monasterii se in Abbatem ipsius institui & a Petro de Corbaria confirmari fecerat, absolvit a Censuris & habilem reddit ad quascumque dignitates. Dat. Aven. Nonis Decemb. an. XV.

Num. 136. Theodorum Marchionem Montisferrati, hortatur ad pacem cum Roberto Rege Siciliæ.

Idem scribit Philippo de Sabaudia, Manfredo Marchioni Salutiarum, Manfredo Marchioni de Carreto, & Jazolo Marchioni de Carreto. Dat. Aven. IV. Kal. Decemb. anno XV.

Ex Registro ann. XVI.

Fol. 286. Legato Tusciæ fuse scribit conditiones quibuscum pacem fecit cum Petro de Corbaria. Dat. Aven. II. Nonas Septemb. anno XVI.

Varia item rescripta super eodem negotio, & cum Mediolanensibus. Dat. Aven. IV. Nonas Junii anno XVI.

Item & cum aliis Civitatibus Italiæ.

Ex primo Tomo Literarum communium ann. XVI.

Num. 775. Luciæ Belli-prandii & Faini Dominæ, Lugdunensis Diœcesis dat Licentiam fundandi Monasterium Monialium Sanctæ Claræ in loco de Casalibus Diœcesis Lugdunensis. Dat. Aven. II. Nonas Martii anno XVI.

Num. 829. Episcopo Gebennensi; ut Abbatissam & Conventum Monialium Sanctæ Claræ de Camberiaco omni modo quo po-

terit, adjuvet. Dat. Aven. quarto Nonas Jan. ann. XVI.

A

Ex Tomo secundo Literarum communium ann. XVI.

Num. 1086. Guillelmum Astræ præficit Ecclesiæ Aptensi per translationem Bertrandi ad Bononiensem. Dat. Aven. II. Idus Junii ann. XVI.

Num. 1230. Abbati de Doe Aniciensis Diœcesis, & Priori S. Petri ejusdem Civitatis; ut pacem procurent inter Bernardum Episcopum Aniciensem ex una parte, & Capitulum, Canonicos & Clericos ejusdem Ecclesiæ ex altera. Dat. Aven. VIII. Kal. Julii ann. XVI.

B

Ex Tomo tertio Literarum communium ann. XVI.

Num. 1309. Nobili mulieri Joannæ Ducissæ Burgundiæ; ut Frater Joannes de Monte-Beuri Ordinis Minorum Sacramenta Ecclesiastica ministrare valeat. Dat. Aven. XII. Octob. Kal. ann. XVI.

Num. 1583. Episcopo Claromontensi; ut moniales inclusas Ordinis Sanctæ Claræ civitatis Claromontensis eligere Confessorem de Ordine S. Benedicti non teneantur, nec ipsam Regulam ejusd. Sancti observare. Dat. Aven. VI. Kal. April. an. XVI.

Ex Registro Secretorum anni decimi-septimi parte prima.

C

Fol. 81. Cancellario Ecclesiæ Parisiensis; commendat Fratrem Arnaldum de Claromonte Ord. Minorum ad legendum libros sententiarum in futuris Vacationibus. Dat. Aven. VI. Kal. April. ann. XVII.

Fol. 114. Gualtero de Divione Ordinis Fratrum Minorum, carissimæ in Christo filiæ nostræ Joannæ Reginæ Franciæ Confessori. Credebamus quod venerabilis Frater noster P. Archiepiscopus Rothomagensis de multis autoritatibus Scripturæ sacræ & Sanctorum, quas ei assignavimus copiam carissimæ in Christo filiæ nostræ Joannæ Reginæ Franciæ illustri, si placeret recipere, facere debuisset, quod factum, sicut ad nos pervenit, non extitit, licet Reginæ prædictæ gratum existeret, si impletum fuisset. Sane quia ipsa Latinum non intelligit, tibi de cujus fidelitate & sapientia plenius confidimus, autoritates prædictas assignare mandamus, quas cura studere cum diligentia & si qua tibi occurrant dubia super illis cum devotis & fidelibus tui ordinis Fratribus conferre cura, & nobis si qua remaneant tibi dubia intimare, illasque Reginæ præfatæ cum opportunum videris, quasi loco solatii recitare paulatim, quousque, si sibi placuerint, omnia sint completa. Dat. Aven. II. Idus Maii ann. XVII.

D

Ex II. parte ann. XVII. seu ann. XVIII.

E

Fol. 187. Regi Franciæ; hortatur ad pacem cum Eduardo Angliæ, & David Scotiæ Regibus. Dat. Aven. XVII. Kal. Octob. ann. XVIII.

Fol. 189. Arnaldum de Claromonte Ordinis Fratrum Minorum præficit Ecclesiæ Tutelensi vacanti per obitum Arnaldi. Dat. Aven. Idibus Septemb. ann. XVIII.

Fol. 192. Regi Franciæ respondet fuse super hoc quod prohibuerit Inquisitoribus hæreticæ pravitatis proferre sententias contra mortuos. Dat. Aven. VI. Idus Martii ann. XVIII.

Fol. 209. Eduardum Angliæ ex una parte & David Scotiæ ex altera Reges hortatur ad pacem, & pro hac quosdam nuntios mittit, videlicet Geraldum Othonis generalem Minorum, & Arnaldum de S. Michaële pœnitentiarium suum. Dat. Aven. Nonis Sept. ann. XVIII.

Idem scribit Isabellæ Reginæ Angliæ, Philippæ Reginæ Scotiæ, Henrico de Bello-Monte Comiti de Boullhai, David Comiti Astellensi, nobilibus Viris Henrico de Percii, Alexandro de Mombrai, Thomæ de Launach, Roberto de Ferreis, Richardo de Palhet, Joanni Nato Eduardi Regis Angliæ, Comiti Cornubiæ, & Archiepiscopis & Episcopis. Dat. ut supra.

Ex lib. I. Literarum de Curia an. XVIII.

Num. 181. Abbatissæ & Conventui Monialium Sanctæ Claræ Condomiensis varia privilegia concedit. Dat. Aven. II. Kal. April. ann. XVII.

Ex Tomo secundo.

Num. 1247. Joannæ Reginæ Navarræ; ut possit ingredi Monasterium Monialium de Longo-Campo Parisiensis Diœcesis.

Num. 1249. Idem & Philippo Regi Navarræ. Dat. Aven. II. Nonas Septembris.

Ex Registro ann. XVIII.

Num. 4. Magno Cani Regi Tartarorum Electum Cambaliensem & Christianos commendat. Dat. Aven. Kal. Octobris anno XVIII.

Ex Tomo primo.

Num. 5. Socho de Chigista Regi Corum, Nicolaum Archiepiscopum Cambaliensem Ordinis Fratrum Minorum & Christianos commendat.

Idem scribit cunctis Regibus Tartarorum & Usbech in Gazaria imperanti. Dat. Aven. Cal. Octob. ann. XVIII.

Num. 304. Leoni Regi Armeniæ, Nicolaum Archiepiscopum Cambaliensem commendat.

Item & Jacobo Catholico Armenorum. Dat. Aven. II. Kal. Novemb. ann. XVIII.

Ex Tomo secundo.

Fol. 29. Arnaldum de Antisico præficit Ecclesiæ Vinciensi per Translationem Raymun-

di ad Nicienſem. Dat. Aven. VII. Id. Feb. ann. XVIII.

Ex Regiſtr. lib. ann. XIX.

Num. 223. Bernardo de Piano Sacriſtæ Eccleſiæ Magalonenſis Capellano ſuo, & Marchiæ Anconitanæ Rectori commendat Fratres Minores loci de Monte Sanctæ Mariæ Firmanæ Diœceſis. Dat. Aven. IX. Nonas Octob. ann. XIX.

Ex Regiſtro Benedicti XII. ann. I.

Ex Libro Secretorum.

Fol. 135. Philippo Regi Franciæ, proſperum ſtatum gratulatur & certum facit quod Guarinus maleficus & quidam alius de Ordine Minorum carceri & compedibus mancipati ſunt ferreis, perpetuo peccata defleturi. Dat. Aven. quinto Kal. Decembris anno primo.

Ex libro primo Literarum communium.

Fol. 184. Varia privilegia concedit Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Monialium de Moncellis Ordinis Sanctæ Claræ Diœceſ. Bellovacenſis a Philippo Rege Franciæ, & Joanna ejus conſorte Regina fundati. Dat. Aven. ſexto Kal. April. anno primo.

Ex Libro ſecundo.

Num. 790. Monialibus Sanctæ Claræ Claromontenſis ſuper electione Abbatiſſæ poſt obitum Catharinæ quæ a Cuſtode Fratrum Minorum provinciæ Arverniæ contra jus, ut pretendebat, Abbatiali dignitate privata fuerat. Dat. apud Pontem Sorgiæ Avenionenſ. Diœceſis quarto Nonas Auguſti anno primo.

Ex Regiſtro anni ſecundi, libro primo.

Fol. 384. Nobili viro Infanti Fernando de Majoricis. Abſolvit a propoſito, ſeu voto quod emiſerat obſervandi ad Literam Regulam S. Franciſci, ut oppreſſionem cujuſdam Magiſtri, ſeu alterius militis quam ferre non poterat, evitaret. Dat. apud Pontem Sorgiæ Avenionenſis Diœceſis. XII. Kal. Septemb. ann. II. Hujus propoſiti, ſeu voti Infantis Fernandi fit mentio ſupra.

Ex Libro ſecundo.

Num. 424. Eduardo Regi Angliæ; ut cum Alexandro Archiepiſcopo Dublinenſi liceat excommunicato poſſit uſque ad tres menſes pro negotiis ſuis & Regni participare. Dat. Aven. ſecundo Nonas Decemb. anno ſecundo.

Ex Libro Secretorum anni ſecundi.

Num. 346. Bertrando Archiepiſcopo Ebredunenſi Sedis Apoſtolicæ nuntio in partibus Italiæ, ut Inquiſitores hæreticæ pravitatis mendicantes rectius ſe gerere in officiis ſuis cogat. dat. Aven. Nonis Octob. anno ſecundo.

Ex Regiſtro anni tertii, Tomo primo.

Num. 342. Miniſtro & definitoribus Capituli Generalis Ordinis Minorum Cadurci celebrandi: ut Fratres qui Michaëli de Ceſena adhæſerant, in ordinem & pacem recipere poſſint. dat. Aven. quarto Idus Maii anno tertio.

Ex Tomo ſecundo.

Num. 130. Epiſcopo Nannetenſi, ut Priori & Fratribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Monaſterii Nannetenſis a Theobaldo Vice-Comite Dongiorum fundati, & Guillelmo Vice-comite, dicti Vicecomitis Filio, opem ferat, pacemque faciat cum ipſis Carmelitanis, ac Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus ejuſd. Civitatis. Dat. Aven. ſecundo Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 494. Epiſcopo Ruthenenſi, & Abbatibus Galliaci ac Bonæ-Columbæ; ut quaſdam controverſias inter Clerum Eccleſiæ Albienſis motas ſuper proceſſionibus Rogationum & aliis, ſopiant & finiant. dat. Aven. Kal. Januar. ann. tertio.

Ex Libro Secretorum anni tertii.

Num. XI. Bertrando Archiepiſcopo Ebredunenſi; ut quoſdam Fratres mendicantes Inquiſitores rectius agere in ſuis officiis cogat. dat. Aven. undecimo Kal. Februarii anno tertio.

Num. 86. Cariſſimo in Chriſto Filio Philippo Regi Franciæ illuſtri præſentatas nobis Serenitatis Regiæ Literas per dilectum Filium magiſtrum Reginaldum de Molinis Clericum Regium benigne recepimus, quarum ſerie, necnon ſupplicationibus dilectæ in Chriſto Filiæ Blanchæ de Francia Ordinis S. Claræ ab eodem Clerico ſubſequenter nobis exhibitis, pro quarum exauditione quantum honeſte cum Deo poſſet fieri prælectæ dirigebantur litteræ plenius intellectis, viſum eſt nobis quod nos abſque læſione conſcientiæ noſtræ non valeremus ea quæ petuntur, concedere, nec eadem Blanca eis ſi concederentur ſine ſuæ ſalutis animæ periculo uti poſſet, eſſetque formidandum procul dubio quod in prædicti ordinis & aliorum perniciem redundaret, ſicut eidem Clerico ac nunciis Regiis in noſtra conſtitutis præſentia ſeriosius explicandum duximus, & ipſi celſitudini Regiæ, quæ nos excuſatos quæſumus habeat, ſuper hoc referre poterunt viva voce. Dat. Aven. quinto Kal. Maii anno tertio.

Num. 159. Sacriſtæ Eccleſiæ Ebredunenſis, & Guardiano Fratrum Minorum; ut Caſtellanum de Rama Filium Joannis de Rama militis Ebredunenſis Diœceſis, adminiſtrationem

nistrationem Hospitalis, seu eleemosynariæ pauperum de Caturicis dictæ Diœcesis, ipsiusque bona dimittere cogant. Dat. Aven. Nonis Julii anno tertio. A

Ex Registro anni quarti & Libro Secretorum.

Num. 130. Philippo Regi Franciæ scribit quod nuntii Majoris Imperatoris Tartarorum & aliorum Principum ad se venerint, & quid cogitet pro dilatatione fidei, quidve scripserint dicti Principes mandat. Dat. Aven. nono Kal. Julii an. quarto.

Num. 198. Super eodem negotio fuse scribit Imperatori Imperatorum omnium Tartarorum, Fodin Jovens Principi Alanorum, Chiansam Torigi Principi Alanorum, * Cbemboga Venti Principi Alanorum, Chausi Imperatori Tartarorum, Usbech Imperatori Tartarorum quibus Symbolum & articulos Fidei dirigit. Dat. Aven. Idib. Junii anno quarto. B

Item & Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis. Ad hos principes nuntios dirigit quos commendat Roberto Regi Siciliæ, Carolo Regi Hungariæ & aliis.

Varia item super eod. negotin rescripta, Dat. Aven. decimo tertio Kal. Julii an. quarto.

Ex Tomo primo communium Litterarum anni quarti.

Num. 242. Sanciæ Reginæ Siciliæ, ut Monasteria Monialium ingredi possit, & ad preces Roberti Regis Siciliæ duas secum sorores aut quatuor Ordinis S. Claræ habere possit. Dat. Aven. decimo tertio Kalendas Aprilis anno quarto.

Ex Tomo secundo anni quarti.

Num. 26. Gotio Patriarchæ Constant. & Raterio Episcopo Vasionensi Sedis Apostolicæ nunciis in Regno Siciliæ; ut in prosecutione negotiorum sibi commissorum injungere possint prælatis & personis Ordinum S. Benedicti, Cisterciensis, S. Joannis Jerosolymitani, Prædicatorum, Minorum & aliorum, quod utile pro ipsorum negotiorum executione judicaverint. Dat. Aven. secundo Idus Julii anno quarto. D

Ex Libro Secretorum anni quinti.

Num. 208. Fratribus Minoribus per Regnum Hungariæ constitutis; ut Fratres ejusd. Ordinis Hungaros & Sclavonos in studiis occupari & promoveri procurent. Dat. Aven. tertio Idus Junii anno quinto.

Ex Libro Litterarum communium anni quinti.

Num. 23. Pastorem ab Ecclesia Assisinatensi transfert ad Ebredunensem per assumptionem Bertrandi ad Cardinalatum. Dat. Aven. sexto Kal. Feb. anno quinto. E

Num. 63. Episcopo Magalonensi; ut nobili viro Infanti Fernando de Majoricis Baroniæ Montis Pessulani Domino adsit in condendo Monasterio Monialium S. Claræ in dicta Civitate. Dat. Aven. quinto Idus Maii anno quinto.

Num. 71. Elisabeth Reginæ Hungariæ ut Monasteria Monialum S. Claræ ingredi possit. Dat. Aven. 16. Kal. Februarii anno quinto.

Num. 116. Archiepiscopo Coloniensi, ut nobili viro Conrado de Marca Domino de Huerd, & Elisabeth de Clivo ejus uxori opem ferat pro condendo Monasterio Monialium S. Claræ in dicto loco de Huerd. Dat. Aven. quarto Kal. Martii anno quinto.

Ex Libro Secretorum anni sexti.

Num. 143. Roberto Regi Siciliæ scribit quod non possit concedere petitionem Philippi de Majoricis super observatione Regulæ S. Francisci ad Litteram. Dat. Aven. sexto Idus Augusti anno sexto.

Num. 149. Usbech Imperatori Tartarorum, Jaydolu Imperatrici Tartariæ Aquilonaris suse scribit pro dilatatione Fidei in dictis Regnis. Dat. Aven. decimo sexto Kal. Septemb. anno sexto.

Ex Libro Litterarum communium anni sexti.

C Num. 107. Archiepiscopo Strigoniensi; ut Fratribus Minoribus faveat, & Conventus ædificare in Hungaria permittat, maxime in Villa de S. Cruce Agriensis Diœcesis. Dat. Avenione decimo Kal. Aprilis anno sexto.

Ex Registro anni septimi.

Num. 415. Guillelmum præficit Ecclesiæ Petragoricensi vacanti per obitum Raymundi. Dat. Aven. Kalendis Octobris anno septimo.

Ex Libro Secretorum.

Num. 137. Leoni Regi Armeniæ scribit quod cum gaudio susceperit nuncios suos, & Catholicam Religionem commendat, ac plura pro ipsius dilatatione præscribit. Dat. Aven. Kal. Augusti anno septimo.

Num. 138. Idem scribit Catholico Armenorum, & Archiepiscopis S. Thadei, Tarcensi, Navarzensi & Soldanensi ac Assiensi. Dat. ut supra.

Ex Registro Clementis VI. an. primo Tomo quinto.

Num. 1458. Abbatissæ & Conventui Monialium S. Claræ de Mannasca Cistariensis Diœcesis plura privilegia confert. Dat. Aven. secundo Nonas Aprilis anno primo.

Num. 1460. Nobili mulieri Sibillæ Jacobi de Sabaudia Principis Achaiæ, uxori; ut Monasterium Monialium S. Jacobi de Pinarolio Ordinis S. Claræ Taurinensis Diœcesis ab antecessoribus viri sui fundatum ingredi possit. Dat. Aven. decimo

sexto Kal. Decembris anno primo.

Num. 1472. Humberto Delphino Viennensi, ut Monasterium Monialium S. Claræ apud castrum Iseronum Gratianopolitanæ Diœcesis construere possit. Dat. Aven. tertio Idus Februarii anno primo.

Num. 1634. Archiepiscopo Remensi; ut Ludovico Comiti Flandriæ, & Margaritæ ejus uxori adsit in condendo Monasterio Monialium S. Claræ in Villa de Maceriis Diœcesis Remensis. Dat. Aven. undecimo Kal. Decembris anno primo.

Num. 1635. Ludovico Comiti Flandriæ, & Margaritæ ejus uxori, ut Monasterium de Longo-Campo Diœcesis Parisiensis visitandi causa Blancam Monialem Philippi Regis Franciæ Filiam, & dictæ Margaritæ sororem, ingredi possint. Dat. Aven. undecimo Kal. Decembris anno primo.

Ex Tomo sexto anno primo nihil, sicut & in sequentibus.

Ex Tomo nono anni primi.

Fol. 180. Joannæ de Bellovidere, Petri de Villa Brisura Relictæ Ambianensis Diœcesis; ut mansionem infra septa Monasterii Monialium S. Marcelli juxta Parisius, habere possit. Dat. Aven. tertio Nonas Octobris anno primo.

In Vallicellana.

B. 12. Bullarium a Bonifacio VIII.

B. 19. Tractatus inter oratores Regis Franciæ & Austriæ Ducis anno 1361. fol. 163.

Secreta. Creationes Cardinalium a fol. 193. ad 196. inclusive.

B. 26. Registrum Gregorii VII.

C. 44. Fantini Archiepiscopi Cretensis compendium Fidei.

C. 56. Idem de unione utriusque Ecclesiæ. Pamphili collectio.

C. 79. Vitæ Pontificum ab eo loco ubi desinit Anastasius.

F. 94. Historia de Cardinalatu; autore Jacobo Corello de Coloma anno 1406.

G. 8. Epitomè Livii per Gasparinum Bergamensem. Desinit in hæc verba: *& supremis plures honores dedit.*

G. 21. Manelini Vincentini de gestis in Bello Gallico.

H. 33. Status causæ Henrici Scaligeri anno 1568.

H. 42. Statuta Civitatis Narniensis. Volumen lacerum in multis foliis.

T. Menologium Græcorum translatore Sirleto.

Ex Tomis vitarum Sanctorum.

A. 1. Passio S. Gregorii Spoletani Martyris. Item Sermo & Carmina de eodem. Passio S. Victoriæ fol. 37. vers. Passio S. Concordii fol. 72. De S. Felice. fol. 94.

F. 3. Vita Ambrosii Camaldulensis.

Tom. 9. Passio S. Morentii fol. 194. vers.

A *Inventario delli Libri manoscritti della Glor. memoria del Sig^r. Card. Antonio Barberino.*

In foglio.

Hieronis Alexandrini Physica & Mathematica.
Hismenii & Hismetiæ amores & imagines Philostrati.
Jamblicus de Sectâ Pythagorica.
Incogniti epistolæ miscellaneæ, morales.
Joannis Camateri compendium astrologiæ judiciariæ.
Joannis Canabucensis Miscellaneæ, &c.
Josephi Bryennii & Synesii epistolæ.
Isaacii Tyri Sermones & variorum Miscellanea.
Isidori Pelusiotæ, Synesii & Libanii epistolæ.
Justiniani Instituta.
Leon in Instituta, Codicem & Digesta.
Leontius de avibus.
Lycophronis Alexandra.
Olympiodorus in Platonis Gorgiam.
Onosandri Strategica.
Oppiani Halieuticon, &c.
Origenis Philosophumena & Philocalia; & Melesius de natura hominis, & Galenus de facultate alimentorum.
Photii Canonum Syntagma.
Planudis varia.
Photii Nomocanon cum comment. Balsamonis.

Platonis Gorgias cum scholiis.
A Plotini Enneas.
Polieni Stratagemata.
Porphyrius in Aristotelis Organum cum Glossa Ammonii.
— de abstinentia ab esu animalium.
Pselli varia.
Rufus Ephesius de partibus humani corporis.
Sexti Empirici opera.
Simplicii Philosophia Physica.
— Commentaria in Aristotelem de cœlo.
Syntagma canonum Photii.

Anastasii Germonii J. C. Archidiaconi Taurinensis & in ejusdem civitatis gymnasio juris Pontificii Interpretis, Animadversionum tam ex jure Pontificio, quam Cæsareo, Libri duo.
B Augustæ Taurinorum 1586. *in folio.*

J. Erpoldi Lindenbrogii Scriptores Septentrionales, Hamburgii 1706.

Petri Lambecii rerum Hamburgensium, liber II.

Na. In catalogo Librorum a Lambecio promissorum, inter jam absoluta, Libanii Sophistæ duodecim epistolæ elegantissimæ, ineditæ; decem ad Aristænetum, duæ ad Entrechium, & Acacium.

Na. Inter scripta jam affecta & brevi absolvenda, dissertatio de abusu Typographiæ & Negotiationis Librariæ.

Ulrici Obrechti Academica, Argentorati 1704. *in quarto.*
C Dissert. 21. Sacra Termini.

Petrus Pithoeus, adversariorum Subsecivorum lib. II. cap. 4. apud Alphenum in L. Cæsar. *avehendi* verbum reponendum restituendumque censet.

Ibid. cap. 12. de cancellis & Cancellarii nomine.

Variæ lection. emendat. & notæ in Quintiliani declamationes.

Joachimi Stephani J. C. Libri 4. de Juridictione Judæorum, Græcorum, Romanorum & Ecclesiasticorum, Francofurti 1661. *in* 8o.

Franc. Balduinus ad Leges Romuli & Legem XII. tabularum.

Na. Ejusdem de nova juris civilis demonstratione singularumque ejus partium consideratione. Lugduni apud Gryphum 1550. *in fol.*

D — In Legem septimam Romuli, DEOS PEREGRINOS PRÆTER FAUNUM NE COLUNTO... Graviter quoque veteres Romanos judicasse, Scribit Marcus Tullius, confusionem esse religionum, aut novos, aut alienos deos coli. ... *Separatim nemo habessit deos. Neve novos, sed nec advenas nisi publicè adcitos, privatim colunto.*

Corpus Juris, Lugduni apud Hugonem & » Hæredes Æmonis a Porta 1548. In præ- » fatione Hugonis a Porta: Cum superio- » ribus hinc annis divini humanique juris » volumina ex officina nostra sæpe prodie- » rint, ea cura dexteritateque tractata, ut » nihil illis hoc in genere neque ornatius » neque absolutius fieri posse videretur;
E » nunc tamen, &c.

Originum ac Germanicarum antiquitatum

Libri; Leges videlicet Salicæ, Allemannorum, Saxonum, Anglorum, Thuringorum, Bur- A gundionum, Francorum, Ripuariæ, Boiariorum, Westphalorum, Werinorum, Frisionum, Longobardorum, Theutonum; opera Basilii Jo. Herold. Basileæ 1557. Per Henricum Petri, *in folio*.

Caroli Magni & Ludovici Pii Christianissimorum Regum & Impp. Francorum capitula sive leges ecclesiasticæ & civiles, ab Ansegiso Abbare & Benedicto Levita collectæ .... adjectis etiam aliis eorumdem Regum & Caroli Calvi capitulis; Paris. 1588. in 8.°

Testimonia capitulis præfixa .... Imperator Carolus Lib. II. Leg. Longobard. Tit. 56..... Romani, successionis secundæ quam Legem habeant ...... & quando jurant secundum legem suam, B jurent & alii similirer ..... & Longobardos illos convenit similiter componere. De cæteris vero causis communi lege vivamus, quam Domnus Carolus excellentissimus Francorum atque Longobardorum Rex in Edictum adjunxit.

Joannes VIII. PP. in Concilio Tricassino mentionem facit Legis Justiniani. V. qua ætate.

Antiquæ Burgundionum Leges, *in* 12°.

Albeninus de Rosato ad Rubricam, *Soluto matrim.* .... Et est notandum, quod Imperator (Justinianus) invocavit nomen Domini, & sic fuit Christianus, ut dicit Bartho lus, &c. Et tangit pulchram dubitationem Bartholus in Rubrica 1. *Horum qualiter*, hoc est possibile quod invocatio Jesu Christi hic fuerit facta, cum omnes istæ leges fuerint per Paganos & Agarenos compilatæ.

INDEX
SCRIPTURARUM EXISTENTIUM
IN CASTRO S. ANGELI
IN CAMERA THESAURARII.

Quem accepimus a Domino Josepho Avril, nunc Corbeiæ Priore. Quæ in fine cujusque articuli ponuntur nonnisi in ipso loco possunt intelligi.

SUbscripta XII. Privilegia erant olim in saeculo lineo in capsa Penetranis (*sic*) Palatinæ nunc Bibliothecæ & demissa jussu summi Pontificis Leonis decimi, relata sunt in arcem sancti Angeli à fratre Zenobio Accianolo Bibliothecario Apostolico, & distributa in sacculos varios secundum provincias, & materiam prout in Scrinio serrato.

1. Privilegium græcum in Membrana violacei coloris scriptum Græcis & Latinis litteris aureis, quo Joannes Imperator agit de unione Orientalis Ecclesiæ cum Roma.

2. Privilegium Græcum in membrana violacei coloris scriptum litteris aureis Græcis & Latinis, quo Imperator hortatur Ecclesiam ut Regem Francorum inducat ad expeditionem contra Soldanum & ad ejus liberationem.

3. Privilegium Latinum in mebrana violacei coloris, scriptum litteris aureis, quod est Othonis Imperatoris de terris Ecclesiæ ditionis: olim habuit Sigillum aureum, nunc eo caret.

4. Juramentum Caroli IV. Imperatoris post Imperiale diadema susceptum, quo exprimuntur terræ ditionis Ecclesiæ, & Ecclesiæ confirmantur, habet aureum sigillum.

5. Juramentum ut supra Caroli IV. de terris Ecclesiæ pariter cum sigillo cereo.

6. Juramentum obedientiæ Henrici Imperatoris confirmationis terrarum Ecclesiæ, est transsumptum.

7. Ratificatio recognitionis patrimonii per E C Rodulphum Imperatorem facta cum sigillo aureo.

8. Renovatio Juramenti ante Imperium præstiti, per Rodulphum Imperatorem, cum sigillo aureo.

Privilegium Othonis IV. Imperatoris de terris Ecclesiæ Romæ cum Bulla aurea.

10. Bulla Benedicti Papæ vetustissima.

11. Bulla Nicolai Secundi pertinens ad Beneficiatos S. Petri de urbe.

12. Bulla Julii II. super taxis & emolumentis Officialium Curiæ, data Romæ ann. 1512.

Distributio supra scriptorum privilegiorum est modo subscripto; primum & secundum sunt in sacculo scripturarum Græciæ.

D Tertium, quartum, 5. 6. 7. 8. 9. sunt in sacculo eodem lineo quo prius erant * 53. posito in sacco minori privilegiorum Imperialium.

Decimum 11. 12. sunt in sacculo scriptutarum Curiæ Romanæ & urbis Romæ.

Romanorum Imperatorum, Regni Neapolis & Trinacriæ, Græciæ, Armeniæ, Rhodi, Arabiæ, Turchiæ, Ungariæ, Bohemiæ, Austriæ, Franciæ, Angliæ, Hiberniæ, Aragoniæ, Hispaniæ, Corsicæ, Sardiniæ, Civitatum Italiæ sub Dominio Ecclesiæ. Civitatum Italiæ extra Dominium Ecclesiæ Romanæ, & urbis Romæ, Syndicatus Terrarum Romanæ Ecclesiæ. Sunt numero XII. sacculi, nam duo sunt Romanorum Imperatorum, duo regni Neapolis & Trinacriæ, aliarum materiarum singuli sunt. (*sic*)

In Nomine Sanctissimæ Trinitatis.

Index.

Scripturarum quæ sunt in scrinio facto in castro sancti Angeli de urbe factus a me Zenobio Acciaiolo ordinis Prædicatorum Bibliothechario Apostolico. Cœptusque die 6. Decembris 1518. sub Leone X. Pont. Max.

Distributa sunt in saccelos proprios secundum Provincias & Materias.

1. 97. Literæ Joannis Palæologi Græcorum Imperatoris Græce & Latine conscriptæ ad Eugen. IV. anno Domini 1433. ante, Concilium quod postea Florentiæ celebratum fuit de concordia Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ cum Bulla aurea, serico rubro subscripta manu Imperatoris. 1433.

2. 98. Literæ Belæ Regis Ungariæ ad Gregorium cum Bulla aurea cum serico viridi, & rubro, datæ in Zolum (*sic*) anno Domini 1238. quibus se excusat, quod ad Mandatum Sedis Apostolicæ non teneatur occupare terras, &c.

3. 99. Literæ Belæ Regis Ungariæ ad 1.... cum Bulla aurea & serico violaceo, datæ intus apud Phizergum anno Domini 1260. 5. Kal. April. Continent petitiones secretas, quas facere debebat Magister Ladislaus Clericus D. Regis tempore obedientiæ foris datæ 1265. 5. Kal. Augusti.

4. 100. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico albo & violaceo ad Papam S. L. (*sic*) datæ in 3. Id. Novembris non expresso anno. Supplicat mitti sibi auxilium contra Tartaros Reges. * Apostolico sive Jo. de Gandavo in 26. Quinternione. Sic.

5. 101. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico rubro & flavo datæ in Zolum 16. Kal. Octobris sine anni data, sup. Matrimonio contrahendo, inter filiam Regis prædicti, & nepotem D. Joannis.

6. 102. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico rubro ad J. datæ apud Castrum ferreum sine anno, credentiales (*sic*) in Jacobum ministrum fratrum Minorum.

7. 103. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico albo & violaceo ad J. . . datæ 3. Idus Novembris sine anni data & loci credentialis (*sic*) in Episcopum quinque Ecclesiarum B. & Comitem Simonem. Registro Apostolico sive Jo. De Gandavo in 26. quinternione.

8. 104. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro ad J. dat. in Insula Leporum 1. Id. Maii non expresso anno, conqueritur quod Papa non confirmavit postulationem factam de Episcopo Celeo (*sic*) ad Ecclesiam Apromostensem (*sic*) collatis per Martinum in primo vol. fol. 37. primo lib. fol. 37.

9. 105. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico rubeo. dat. in Castro Isaëra ac (*sic*) anno Domini 1265. Idus Octobris. credentiales (*sic*) in fratrem Paulum ordinis Minorum.

11. 107. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico viridi, sive flavo ad J. dat. apud . . . Id. Septembris sine anno pro postulationis confirmatione cujusdam in Episcupum Johannem. (*sic*)

12. 108. Literæ Belæ Regis Ungariæ cum Bulla aurea serico viridi ad J. datæ in Camera X. Idus Octobris sine anno, super confirmatione postulationis Archiepiscopi Eclosanensis ad Ecclesiam Strigonensem.

13. 109. Liter Federici Imperatoris cum Bulla aurea serico viridi & albo ad Gregorium IX. dat. 9. Decembris sine anno, committit Papæ Gregorio moderationes dotis matrimonii contrahendi inter se & sororem regis Angliæ in privilegium suum signatum per R. collatio per Logenens in primo vol. fol. 54.

14. 110. Literæ Boadmundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico rubro ad Alexandrum quartum dat. 1257. die 16. Junii apud Vindisre (*sic*) quibus petit confirmationem Regni Siciliæ, collat. per Jo. Geron. & Marinum in prim. vol. fol. 45.

15. 111. Literæ . . . . Regis Boëmiæ cum Bulla aurea serico rubro ad Innocentium, quibus petit separationem Matrimonii per sententiam inter se & uxorem in privilegium suum signat. primo.

16. 112. Litteræ Regis Armeniæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro, sine data loci & temporis, ad Innocentium III. super recuperatione Civitatis Antiochiæ, & quod ejus nepos sit princeps dictæ Civitatis.

17. 113. Literæ Geagari (*sic*) Regis Bohemiæ cum Bulla serico rubro sine data loci & temporis ad Honorium III. quibus se excusat de calumnia sibi imposita contra Ecclesiasticam libertatem collat. Per Marinum fol. 550. prim. volum.

18. 114. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro dat. in Perpignano ann. 1295. quibus confitetur se recepisse a Bonifacio VIII. septem millia librarum Turonensium parvarum Registrata in Cancellaria.

19. 115. Literæ Regis Armeniæ L. cum Bulla aurea serico flavo & rubro, sine data loci & temporis ad Innocentium V. quibus scribit Nepotem suum admissum fuisse in Comitatu Antiochiæ.

20. 116. Instrumentum Federici Imperatoris cum Bulla aurea serico viridi & rubro ad Gregorium IX. datum apud Castrum Joannis ann. 1233. die 4. Augusti, quo se obligat suis stipendiis mittere quingentos Equites ad biennium pro subsidio terræ prædictæ.

21. 117. Literæ Caroli Secundi Regis Sicilæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro ad Bonifacium VIII. dat. 1295. quibus confitetur se recepisse a Papa 25. millia marcarum argenti. Collat. per Jo. Geron. & Marinum primo vol. fol. 583.

22. 118. Litteræ Federici Imperatoris cum aurea Bulla serico violaceo quibus profitetur obedientiam Innoc. IV. tunc Electo. Dat. apud Benevent. 26. Junii sine anno in privileg. sign. per H. & C. Registr. a Præfato Jo. De Gandavo in 15. quinternin.

24. 120. Literæ Regis Armeniæ cum Bulla aurea serico flavo sine data loci & temporis ad Innoc. III. quibus queritur de Legato Cardinali in causa quam habuit Nepos Comes Antiochiæ contra Cardinalem.

23. 119. Litteræ Regis Armeniæ cum Bulla aurea ferico flavo fine data loci & temporis ad Innoc. III. quibus conqueritur de Legato in causa ipsius regni & communitatis.

25. 121. Literæ in papyro cum bulla aurea, rubro scriptæ Literis ignotis, & videntur inscribi Innocentio Papæ.

26. 122 Literæ Joannis Paleologi Græcorum Imper. cum Bulla aurea ferico violaceo Scriptæ Græce & Latine ad Innocentium VI. anno Dom. 1365. die 15. Deeembris, quibus promittit obedientiam pro se & subditis sibi populis Papæ & Sedi Apostolicæ.

27. 123. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro ad Nicolaum IV. dat. ann. 1289. 13. Kal. Julii, in quibus continentur conditiones & pacta utilia pro Ecclesia, cum quibus supradictus Carolus primus regnum acceperat & sunt duplicatæ ejusdem tenoris, exceptis datis.

28. 124. Privilegium Caroli Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro scriptum Romæ 8. Idus Julii ann. D. minus expresso. Sed anno primo sui regni, in quo privilegio continentur multa in favorem Beneventanæ urbis.

29. 125. Instrumentum Federici Imperatoris cum Bulla aurea ferico rubro decolotatum, fact. juxta Romam in Monte Gaudii an. Dom. ...... 8. Idus Augusti. Continet de translatione Corporis S. Bartholomæi in urbe cum subscriptis testibus Ecclesiasticis & Laicis magnæ authoritatis.

30. 126. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro ad Bonifacium. Dat. Neapoli ann. 1303. die 8. Septemb. Continent æstimationem census collat. per Joannem Geron. & Marinum.

31. 127. Literæ Regis Roberti cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Neapoli anno 1435. die 25. Junii. Continent homagium & juramentum suæ fidelitatis ex commissione Benedicti XII. in secundo vol. fol. 24. Collat. Phil. de Ponte Curco.

32. 128. Instrumentum Alphonsi Regis Aragonum cum Bulla aurea ferico rubro & flavo, tempore Benedicti 12. factum Barchinone anno Domini 1335. 4. non. Octobris. Continet de Vassallagio Sardiniæ & Corsicæ & de hæredibus per lineam fæmininam. Collat. Marinus in secundo vol. fol. 259.

33. 129. Literæ Henrici Imperatoris cum Bulla aurea ferico flavo, & rubro Sigillo. Dat. in Lateran. ann. 1312. 30. Kal. Julii fact. tempore Clement. V. Continent formam juramenti quam præstant & coronationem, & sunt ejusdem tenoris. Collat. Joan. Geron. & Marin. in primo vol. fol. 288.

34. 130. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro ann. Domini 1303. die decima Decemb. ann. regni sui 19. de prorogatione sibi facta per Benedict. PP. XI. de quadam Rata Census sibi debiti .... Collat. Joau. Geron. primo vol. fol. 159.

35. 131. Concordia Orientalis Ecclesiæ cum Romana cum Bulla aurea Græca ferico violaceo, scripta literis Græcis & Latinis cum subscriptionibus Prælatorum. Facta Florentiæ an. Dom. 1439. sub Eugenio Quarto & Joan. Paleologo Imp. prid. nonas Julii. Subscripta A manu Imperatoris litteris rub. cum Bulla plumbea Papæ.

36. 132. Concordia eadem sicut superius earumdem Ecclesiarum cum Bulla aurea Græca, & plumbea Papæ Eugenii IV. Dat. eodem die & loco.

37. 133. Instrumentum Reginæ Joannæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro, tempore Gregorii XI. factum ann. 1378. ultimo Martii. Continet qualiter dicta Regina separavit regnum Trinacriæ a regno Siciliæ, ut dehinc daret Rex Trinacriæ, Ecclesiæ Romanæ decem Floren. Censualium, qui deducuntur de summa 40000. Florenorum debitorum per eamdem Reginam. Collat. Marinus, tertio vol. fol. 310.

B 38. 134. Instrumentum scriptum Græce & Latine cum Bulla aurea Græca ferico cyaneo obscuro. Factum Romæ ann. Domini 1369. tempore Urbani V. in quo est confessio fidei Catholicæ secundum formam Romanæ Ecclesiæ facta a Joanne Paleologo Græcorum Imperatore XVIII. die Octobris ejusdem anni subscripta manu Imperat.

39. 135. Instrumentum Reginæ Joannæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Factum an. 1372. die 2. Januarii, in quo dicta Regina facit homagium Papæ Greg. XI. Collat. per Marinum in 30. vol. fol. 198.

40. 136. Literæ patentes Caroli Secundi cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. apud S. Sabinam ann. Domini 1295. die 17. C Febr. quibus confirmat pacta utilia pro Romana Ecclesia & conditiones sub quibus pater suus recepit regnum Siciliæ a Clem. IV. primo vol. fol. 58.

41. 137. Instrumentum Latinum cum Bulla aurea Græca ferico violaceo, factum Constantinopoli anno ab orbe condito 6785. mensis Aprilis, quo Andronicus Imperator, Angelus Comnenus Dux Paleologus, confitetur Fidem Catholicam secundum formam Romanæ Ecclesiæ sicut & pater ejus Michaël fecerat sub Gregorio.

42. 138. Literæ Regis Ferdinandi cum Bulla aurea gravi ferico flavo & rubro. Dat. Neapoli ann. 1472. die decima sexta Martii quibus agit gratias Sixto quarto de remisso sibi censu per omnem vitam suam.

43. 139. Literæ Joannis Paleologi Imperatoris D Græcorum cum Bulla aurea ferico cyaneo, obscuro. Dat. Rom. 1370. die.....Januarii anno 8. Urbani V. quibus confitetur in Catholicis articulis se Romanam sequi Ecclesiam. Et sunt scriptæ manu sua litteris Græcis rubris, sed Confessio est in lingua Latina. Collat. per Joannem Geron, tertio vol. fol. 19.

44. 140. Literæ Henrici Imperatoris cum Bulla aurea ferico flavo & rubro ejusdem tenoris & dat. in eodem loco sicut & aliæ quæ sunt in hoc indice sub numero 33. 129. de forma obedientiæ in sua Coronatione 1312.

45. 141. Literæ Caroli nati Regis Angliæ cum Bulla aurea ferica & septem sigillis cereis, cum fericis rubeis. Datæ Londini anno Domini 1255. die sexta Novembris in quibus exprimuntur testimonia quorumdam Prælatorum E Angliæ facta quod in eorum præsentiam per *Eberfordensem Episcopum procuratorem,

acceptatæ

acceptatæ fuit conditiones, appositæ per Ecclesiam Romanam. Collatione facta D. Eadmundo de regno Siciliæ. Collat. per Joannem Geron. primo vol. fol. 46. *Hæc mendis & erratis plena sunt.*

46. 142. Instrumentum Michaëlis Imperatoris Græcorum Ducæ Angeli Paleologi cum Bulla aurea literis Græcis sculpta ferico violaceo in quo confitetur Fidem Catholicam secundum formam Romanæ Ecclesiæ sub Joanne Papa XXI. sicut antea confessus fuerat sub Greg. X. & abjurat Schisma. Datum in Constantinopoli anno a mundi creatione 6785. Christi 1277. mensis Aprilis in primo vol. fol. 76.

47. 143. Literæ Caroli Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Datæ Pictaviis ann. 1307. die 24. Julii ann. sui Regni 20. quibus fatetur Clementi Quinto se debere solvere pro censu regni Siciliæ nonaginta tres mille trecentas & quadraginta uncias auri.

48. 144. Instrumentum Alphonsi Regis Aragonum & Siciliæ cum Bulla aurea. Datum Neapoli in majori Ecclesia ann. Domini 1445. die 2. Junii. Continet homagium & juramentum cum obligationibus factis sub Eugenio Quarto postquam ab eo investituram accepit dicti regni Siciliæ citra Pharum; & fericum flavum & rubrum, in tertio vol. fol. 317. Collat. per Joannem Geron. fol. 317. supra dicto.

49. 145. Instrumentum Alphonsi Regis Aragonum & Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Datum Neapoli 1445. die 2. Junii. Continet Vicariatum Beneventi & terram unam sibi concessam ab Eugenio Quarto sub conditione certi census; in tertio vol. fol. 317.

50. 146. Instrumentum Ferdinandi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Puzoli ann. Domini 1459. die 4. Junii. Continet juramentum ab eo factum post investituram regni Siciliæ sub Pio Secundo in tertio vol. fol. 329. collat. per Joannem Geron.

51. 147. Literæ Federici Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico rubro ad Innocentium III. Datæ in Messana ann. Domini 1211. mense Feb. Continent formam electionum super Ecclesiis regni Siciliæ. collat. Joan. Geron. in primo vol. fol. 45. modus eligendi prælatos Siciliæ.

52. 148. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Neapoli ann. 1306. die 18. Martii ad Clem. V. Continent approbationem gratiæ & dilationis census debiti pro regno Siciliæ. Collat. per B. de Spello in primo vol. fol. 264.

53. 149. Literæ Michaëlis Imperatoris Græcorum cum Bulla aurea ferico violaceo. Dat. in Constantinopoli ann. a creatione mundi 6785. mensis Aprilis ad Gregorium Papam X. Continent professionem Fidei Catholicæ ab eo factam secundum formam Romanæ Ecclesiæ & abjurationem Schismatis in primo vol. fol. 76. collat. L. de Viterbio.

54. 150. Instrumentum Federici Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Pratoli ann. Domini 1459. die 17. Feb. continet Vicariatum Terracinæ sibi concessum a Pio Secundo sub conditiooe certi census m.... Collat. per Joannem Geron. 30. vol. fol. 339.

55. 151. Instrumentum Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico rubro. Dat, Neapoli ann. Domini 1317. die 29. Maii quo approbat homagium & juramentum fidelitatis quod nomine suo fecit suus procurator Bertrandus de Branico Joanni PP. XXII. collat. Marinus in primo vol. fol. 308.

56. 152. Literæ Caroli Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Pictaviis ann. 1307. die 21. Julii ad Clementem V. Continent remissionem sibi factam certarum unciarum auri, in quibus ratione Ecclesiæ tenebatur & obligationes expensarum in certis usibus pro quibus idem Rex se obligavit & est alia litera ejusdem tenoris magis specifice infra 15. collat. B. de Spello in primo vol. fol. 150.

57. 153. Literæ Caroli Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Viterbii nonis Junii anno regni sui 2. ad Clem. IV. quibus promittit sub poena censurarum quod cum fuerit permissum de Imperatore Canonice electo & approbato, deponit officium conservatoris Tusciæ sibi dumtaxat ad triennium commissum a Pontifice. Non est data anni... primo vol. fol. 156. ..... Collat. per Joannem Geron. & Marinum.

58. 154. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Marsiliæ anno Domini 1303. die undecima Novembris quibus agit gratias Clementi V. de prorogatione debiti sibi census usque ad Festum Apostolorum Petri & Pauli anni sequentis, & remissione Censurarum pro non soluto censu, primo vol. fol. 246. collat. per Marinum.

59. 155. Literæ Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Datum in Castro de Statia ann. 1330.... die 20. Augusti. Continent quod pro cassatione solutionis census non esset regno privatus a Joan. XXII. primo vol. fol. 223. collat. Joan. Geron. & Marinus.

60. 156. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea ferico flavo & rubro. Dat. Pictavii ann. 1307. die 20. Jul. Sunt duplicatæ sub numero superius posito 152. In hoc indice continet gratiam & remissionem debiti census non soluti, cum quibusdam obligationibus expensarum pro passagio Terræ Sanctæ. Quibus se obligat sub Clem. V. Duplicata B. de Spello, primo vol. fol. 250.

61. 157. Literæ juramenti Caroli Quarti Romani Imperatoris cum Bulla aurea ferico flavo sive viridi maturo. Dat. Romæ post susceptam Imperii Coronam ann. Domini 1355. nonis Aprilis ann. primo sui Imperii In qua describitur forma coronationis, & est quadruplicata Bulla, facta sub Innocentio Sexto collat. Branus in tertio vol. fol. 127.

62. 158. Literæ Michaëlis Græcorum Imperatoris cum Bulla aurea literis Græcis impressa ferico violaceo decolorato. Dat. Constantinopoli ann. a mundi creatione 6785. Christi 1277. mensis April. Quibus sub Greg. X. confitetur fidem Catholicam secundum formam Romanæ Ecclesiæ, collat. primo vol. fol. 76.

63. 159. Literæ Joannæ Reginæ Siciliæ & Provinciæ Comitissæ, cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Neapoli in Monasterio Sanctæ Claræ ann. 1344. die ultima mensis Augusti. Quibus facit homagii juramentum, & vassallagii de regno Siciliæ sub Clemente VI. collat. Marinus tertio vol. fol. 80.

64. 160. Literæ Caroli Quarti Imperatoris cum Bulla aurea serico flavo. Dat. Rom. ann. Dom. 1355. non. April. sub Innoc. VI. quibus continetur forma juramenti post susceptam Imperii coronam & sunt quadruplicatæ collat. Branus, tertio vol. fol. 122.

64. 165. Literæ Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. in Castro Maris de Statia ann. Domini 1330. die 22. Augusti sub Joanne XXII. Continent idem de verbo ad verbum quod aliæ superius. N°. 155. . . . . collat. B. de Spello, primo vol. fol. 313.

65. 161. Literæ Caroli Quarti Imperatoris cum Bulla aurea serico flavo & nigro. Dat. Romæ ann. Domini 1355. non. Aprilis sub Innoc. VI. Continet juramentum post coronam imperii susceptam. Et bis describuntur & confirmantur terræ Romanæ Ecclesiæ, & est quadruplicata, collat. L. de Viterbio, tertio vol. fol. 130.

66. 162. Literæ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Romæ apud sanctam Sabinam sub Bonifac. VIII. ann. Dom. 1295. die 7. Febr. Continent juramentum fidelitatis & habent multas bonas conventiones pro dignitate & utilitate Romanæ Ecclesiæ, collat. B. de Spello.

67. 163. Literæ Caroli Quarti Imperatoris cum Bulla aurea & cum serico flavo. Dat. Rom. ann. 1355. nonis Aprilis sub Innocentio VI. & continent formam juramenti post acceptam coronam Imperii ut supra, collat. Branur. Bulla inventa est & appensa, tertio vol. fol. 122.

68. 164. Literæ Roberti Regis cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Grassæ ann. Dom. 1324. die 15. Aprilis sub Joanne XXII. Continent ratificationem cum obligatione de dilatione per Papam facta de LII. mill. & V. unciis aureis quas debet Ecclesiæ pro censu regni solvendo, collat. B. de Spello, primo vol. fol. 313.

70. 166. Literæ Roberti Regis Siciliæ, cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Florentiæ ann. Dom. 1310. die 7. mensis Octobris sub Clem. V. quibus promittit cum juramento se ad jussionem Pontificis dimissurum gubernationem sibi traditam a Pontifice terræ Bertinorii & Romandiolæ. Sunt Duplicatæ ejusdem tenoris, collat. Phil. de Ponte Curvo, primo vol. fol. 280.

71. 167. Litteræ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico, flavo & rubro. Dat. Neapoli ann. 1306. die 15. Aprilis sub Clemente V. Continent juramentum & homagium factum nomine suo per Robertum primogenitum suum Vicarium, collat. per Joan. Geron. & Marinum, primo vol. fol. 242.

72. 168. Literæ Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Avenione ann. Domini 1319. die 27. Septembris sub Joanne Papa XXII. quibus agit gratias de rogata solutione debiti census pro regno Siciliæ, collat. per Joan. Geron. & Marinum, primo vol. fol. 305.

73. 169. Literæ Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & violaceo. Dat. Avenione ann. Domini 1309. die 26. Augusti Regni sui ann. primo sub Clemente V. Continent personale suum juramentum fidelitatis & homagium, collat. Phil. de Ponte-Curvo, primo vol. fol. 268.

74. 170. Literæ Regis Roberti cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. in Castro Maris de Statia ann. Domini 1330. die 20. Augusti, quibus agit gratias Joanni Pontifici XXII. de prorogatione sibi facta in certa forma de 42. unciis in Florenis, collat. per Marinum, primo vol. fol. 324.

75. 171. Instrumentum cum Bulla aurea serico, flavo & rubro factum in Palatio Viterbii. ann. Domini 1276. die 7. mensis Octobris. Continet homagii juramentum factum a Carolo Siciliæ Rege Joanni Papæ XXI. collat. per Jo. Geron. primo vol. fol. 25.

76. 172. Literæ Roberti Siciliæ Regis cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Neapoli ann. Domini 1317. die penultimo Octobris. Continent ratificationem de prorogatione 24. millium unciarum auri sibi facta per D. Joann. XXII. collat. Marinus, primo vol. fol. 326.

77. 173. Instrumentum scriptum Literis Armenicis, cujus principium Litteris majusculis auratis, & titulus Literis Rubeis sine sigillo serico: quamvis ex foraminibus duobus in capite instrumenti apparet olim fuisse cum aliquo sigillo.

78. 174. Instrumentum Alberti Regis Romanorum cum Bulla cerea, serico flavo & rubro. Dat. apud Norimbergam anno Domini 1303. in Kal. Augusti, sub Bonifacio VIII. & continet quod Reges Romanorum postmodum promovendi accipiunt gladii potestatem ab Ecclesia Romana. Continet juramentum fidelitatis ipsius. Confirmat omnia quæ donata fuerunt a patre suo Ecclesiæ & aliis prædecessoribus, & maxime per Ludovicum & Othonem tempore Paschalis primi prout in capitulis decretorum continetur.

79. 175. Literæ Caroli Quarti Romanorum Imperatoris ex illis quæ quadruplicatæ sunt. Quæque olim Bullam auream Imperialem fortasse sicut aliæ habuerunt. Sed nunc sunt sine aliqua Bulla & tantummodo cum modico serico flavo, sive taneo & nigro. Dat. sub Innoc. VI. Romæ ann. Domini 1355. nonis Aprilis post Imperiale diadema susceptum. In quibus exprimuntur & confirmantur terræ Ecclesiæ, collat. B. Spello.

80. 176. Literæ Henrici Imperatoris cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Romæ apud sanctam Sabinam ann. Domini 1312. 2. non. Julii sub Clemente V. Continent ratificationem & renovationem juramenti ante Imperium præstiti per eundem super privilegiis & terris Ecclesiæ conservandis & multis aliis, collat. Marinus, primo vol. fol. 260.

81. 177. Literæ Henrici Imperatoris cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Romæ apud sanctam Sabinam anno 1312. non. Jul. sub Clemente V. Continent annotatio-

nem quorumdam capitulorum promiſſorum per Henricum eundem Domino Papæ... collat. Joan. Geron. primo vol. ſol. 260.

82. 178. Henrici Imperatoris cum Bulla aurea, ſerico flavo & rubro. Dat. Rom. apud ſanctam Sabinam anno Domini 1312. 2. nonas Julii ſub Clemente V. & ſunt..... & quadruplicatis. Cootinent ut ſupra ratificationem & revocationem juramenti ante Imperium præſtiri per eumdem ſuper privilegiis & rerris Eccleſiæ conſervandis, collat. Jo. Geron. primo vol. ſol. 260.

83. 179. Literæ Rodulphi Regis Romanorum cum Bulla aurea ſerico rubro. Dat. ann. Dom. 1278. 2. Kal. Julii ſub Nicolao Papa III. ſuper litteris Romandiulæ.

83. 180. Literæ aliæ Rodulphi Imperaroris cum Bulla antea ſerico rubro. Dat. ann. Domini 1278. 2. Kal. Jul. ſub Nicolao Terrio. Confirmant donationes terræ ut in inferioribus.

84. 181. Literæ teſtimoniales Aſtenſes & Sabinenſes in duabus Bullis cereis ſerico rubro qualirer receperunt juramentum & literas ab Henrico Imperatore ſub Clemente V. Dar. Romæ apud ſanctam Sabinam ann. 1312. 6. die Julii.

85. 182. Literæ Henrici Regis Romanorum cum Bulla aurea ſerico flavo & ...... dat. Lauſannæ ann. Domini 1310. V. Idus Octobris ſub Clemente V. Continent confirmationem donationum tetrarum & privilegiorum, collat. Philipp. de Ponte-Curvo, primo vol. ſol. 28.

86. 183. Literæ Parvæ Othonis Imperatoris cum Bulla aurea ſerico violaceo claro, vel rubro decolorato, ſine data loci & temporis ſub Innoc. VIII. quibus promittit ſe recuperaturum & defenſurum terras Eccleſiæ quas etiam nominat.

87. 184. Literæ juramenti fidelitatis factæ a Federico Secundo Papæ Honorio III. ante cotonationem coram nominatis teſtibus. Dat. Aegnovæ (*ſic*) ann. 1219. menſis Septembris. Carent ſigillo & ſerico, ſed ex foraminibus apparent olim fuiſſe cum ſigillo.

88. 185. Tranſſumptum privilegiorum Othonis IV. & Regis Ungariæ factum juſſu Benedicti XII. de Archiviis Conventus Aſſiſii, Fratrum Minorum cum Bulla aurea ſetico rubro, privilegia Othonis continet qualiter ipſe remiſit Eccleſiæ jus eligendi Prælatos & appellationes Eccleſiaſticas, & reſtituit omnes terras Eccleſiæ quas prædeceſſores ſui occupaverant.

7. 7. (Sic) Privilegia Regis Ungariæ ad BenedictumPapam qualiter ipſe adhortatus fuerat ...... Græcorum Imperatorem obedire Eccleſiæ Romanæ. Item quod egit cum Papa ut terræ quæ per eum caperentur, in Provinciis Infidelium primos Prælatos ab electione ſua haberent. Item quod Papa mitteret auxilium contra......

89. 186. Confeſſio fidei Catholicæ ſecundum Romanam Eccleſiam facta ab Andronico Græco Imperatore juxta id quod Michael Pater ſuus confeſſus fuit Gregorio Papæ X. Ipſe autem fecit ſub Joanne XXI. Dat. Couſtaotinopoli ano. 6785. (Chriſti 1277. (menſis Aprilis, excuſſum eſt autem ſigillum. Subſcripta eſt Græca confeſſio manu Imperatoris literis rubeis.

90. 187. Confeſſio fidei Catholicæ ſecundum Romanam Eccleſiam facta ab Andronico Græco Imperatore ſecundum formam Romanæ Eccleſiæ ſcripta literis Latinis, manu ſua literis Græcis rubeis, ſcripra ſub Joanne Papa XXI. prout ſub Gregorio X. pater ſuus Michaël confeſſus fuit. Eſt eadem cum ſuperius ſcripta. Idiomate rantum mutato. Deeſt & ab hac quoque ſigillum, ſubſcripta, &c. licet ſigna appareant olim appenſi ſigilli cum ſerico violaceo.

91. 188. Volumen ex membrana violacei coloris ſine Bulla aliqua, cui ita inſcriptum eſt, Literis Larinis atris: Emanuel Rex Græcorum Eccleſiam literis aureis exhortatur ut ad ſufficientem Inſtructionem fidei Catholicæ ſibi mittat. Scriptum eſt autem litteris Larinis aureis Intus: miſſa menſe Januario ab Epiſcopo...

92. 189. Aliud volumen ex membrana violacei coloris ſine Bulla aliqua, cui ita ſcriptum eſt literis Latinis atris: Emanuel Rex Græcorum exbortatur Eccleſiam ut Regem Franciæ (*ſic*) contra Sultanum acceſſurum, cui per terram ſuam victum miniſtrabat, ab indebitis compeſcat. Scriptum eſt autem intus literis Latinis aureis miſſa menſe Martio.

93. 190. Aliud volumen aliquanto majus ſuperioribus ex membrana violacea ſine ullo ſigillo ſcriptum literis Græcis aureis cum interpretatione Latina, cui interius inſcriptum eſt literis Græcis aureis majuſculis: ad ſanctiſſimum Papam Joannem fidelis Rex Porphygenitus excelſus fortis Auguſtus & Romanorum Imp. Comnenus. Reſcribit autem Papæ laudans ejus conceptum de Eccleſiarum unione, excuſans tardirarem ſuam in reſcribendo: mittit ei quædam munera. Datum menſe Junio.

94. 191. Literæ Urbani V. cum Bulla ejus plumbea ſerico flavo & rubro. Dat. Avenione 3. Idus Martii anno non expreſſo Domini, ſed 5. ſui pontificatus, quibus primo citat Petrum Aragonum Regem eo quia oon ſolveret cenſus pro regno Sardiniæ.. collat. Luc. de Viterb. tertio vol. ſol. 167.

95. 192. Literæ Joannis Papæ XXII. cum ſua Bulla plumbea ſerico flavo & rub. dat. Avenion Kal. Decembris Pontificatus ſui ann. XV. cootinent exactionem conceſſam Frarri Petro De Corbaria Ordinis Minorum olim Antipapæ mox correcto & ſub obedienria Eccleſiæ exiſtente... collat. B. de Spello & Marinus de Monte alto primo vol. ſol. 37.

96. 193. Literæ Joannis Patriarchæ C. P. olim habeutes Bullam, ſed pro nunc modicum fili lanei coloris cerulej, ſunt Bullæ ſcriptæ literis Græcis & ſubſcriptæ manu ſua literis majuſculis. Dat. ann. ab exordio mundi 6785. Chriſti 1277. menſis Aprilis ann. ſui pontificatus ſecundo Novemb. 6. abjurato Schiſmate profitetur ſidem Catholicam ſecundum normam Romanæ Eccleſiæ.

97. 194. Literæ cum ſigillo cereo rubro appenſum ad terram (*ſic*) ex membrana B. Epiſcopi Portuenſis Legati Papæ Martini IV. Dat. Bononiæ 6. Kal. Febr. ann. pontificatus Martini IV. 3. Continent quod Magiſter Guilielmus Duranti reddidit ſeptem inſtrumenta eidem D. Legaro D. Petri de Molaunis continentia ſummam ſtipendiorum pro militibus e

Francia dictis, . . primo vol. fol. 14. collat. Aloysius de Campania.

98. 195. Instrumentum sine sigillo treguarum & prorogationis earum per Martinum IV. super Controversia quæ erat inter nobilem virum de filiis Ursi & Colæ Viterbii occasione quorumdam Castrorum, dat. apud Urbem Veterem 12. Kal. Januar. ann. 1284. collat. Aloysius de Campania, primo vol. fol. 148.

99. 196. Litteræ Martini IV. cum sua Bulla serico flavo & rubro, dat. apud Urbem Veterem ann. primo sui Pontificatus, 1280. tertio Kal. Martii quibus instituit Carolum Regem Siciliæ Senatorem, Urbis Romæ primo vol. fol. 138. collat. per Jo. Geron.

100. 197. Litteræ sive instrumentum cum duobus sigillis cereis habentibus impressum colubrum tortuosum, id est, in signo Mediolani ann. 1341. die 6. Martii sive Maii. Continetur in eo ratificatio, * fumuntur & absolutio communium Placentiæ & Laudæ, Cremæ, Carvasii, Martinengo, Castri novi & * Bucæadueæ Castrorum pro eo quod adhæserant Bavaro contra Romanam Ecclesiam sub Benedicto XII. . . collat Phil. de Ponte Curvo, secundo vol. fol. 170.

Separatio regni Siciliæ ab Imperio.

101. 198. Literæ testimoniales Cadinalium 54. nominatorum in ipsis qui interfuerunt, approbantibus Principibus & Prælatis Alemaniæ, sive renovantibus in Consistorio Lugdunensi ann. Dom. 1274. die 6. Junii., Sub Greg. X. quæcumque Fredericus Imperator concesserat Ecclesiæ de separatione Regni Siciliæ ab Imperio & aliis ab eo concessis privilegiis sub Innoc. III. ann. Domini 1220. die 8. Kal. Maii in Francoforti, & habent eæ literæ 15. sigilla cerea appensa cum serico rubro. Totidem enim Principes cum Prælatis talia approbarunt, collat. per Jo. Geron. primo vol. fol. 61.

102. 199. Reconciliatio communis & habitantium Civitatum Vercellarum in Lombardia, qui excommunicati fuerant, eo quia acceptaverant Bavarum contra Ecclesiam. Dat. sub Benedicto XII. ann. Domini 1341. die 7. mensis Augusti, collat. B. sive L. de Viterbio, primo vol. fol. 417.

103. 200 Transsumptum Privilegii Othonis IV. extractum de Archiviis Conventus Assisii jussu Benedicti XII. de iis quæ Otho concessit & promisit Ecclesiæ Romanæ sub Innoc. III. ann. 1209. prout supra in hoc indice sub numero 185. cum Bulla cerea serico rubro, dat. Assisii ann. 1339. die 2. Martii, collat. per Brunum secundo vol. fol. 253.

104. 201. Literæ Urbani V. cum sua Bulla plumbea serico flavo & rubro. Dat. Avenione 3. id. Martii ann. secundo sui pontificatus, quibus minatur excommunicationem Petro Aragonum Regi, & interdictum regno suo si non restitueret bona & jura Ecclesiæ quæ occupaverat in regno suo, collat. Aloysius de Campania, fol. 164. tertio vol.

105. 202. Litteræ cum duobus sigillis cereis & serico rubro Cardinalium P. Episcopi Sabinensis & sanctæ Mariæ in Aquiro, quæ continent Regem Robertum Siciliæ & Joann. Comitem Gravinæ ejus filium mandasse per literas suis Officialibus, ut statim restituerent gubernationem Romandiolæ & Brittonorii Joan. XXII. collat. Phil. De Ponte-Curvo ann. 1323. id. Novembris, primo vol. fol. 309.

106. 203. Transsumptum quinque literarum Regis Ungariæ & Othonis IV. Regis Romanorum consentientium ut fierent electiones Prælatorum per Capitula, eo quia appellationes ad Ecclesiam Romanam devolverentur, & multa alia privilegia Ecclesiæ Romanæ concedentium. Dad. Lugdun. sub Innoc. IV. idib. Julii Pontificatus sui ann. 3. Habet hoc transsumptum Bullam plumbeam Innoc. IV. & hinc & inde appensa sigilla cerea cum filo albo 40. id est 20. ab una parte & 20. ab altera, collat. B. de Spello.

107. 204. Transsumptum Frederici Imperatoris, ut Regnum Siciliæ non dicatur esse Imperii sed Ecclesiæ Romanæ. Dat. Agnovæ anno 1224. id. Feb. . . Item alterius privilegii similis Superiori in favorem Ecclesiæ Dat. Argentinæ 1217. Kal. Jul. . . Item alterius privilegii exemplum super quadam discordia inter Ludovicum Ducem Bavariæ & Ecclesiam Romanam super quibusdam terris pertinentibus ad Ecclesiam. Dat. apud * Ibernen. secundo non Octob. . . Item alterius privilegii quo Fredericus Imperator dat Cajetano Conrado filio suo & vassallis Rugerium de Salutio, & Rainonem de Prata qui existente discordia inter Ecclesiam & Imperatorem adhæserunt Ecclesiæ. Dat. apud Colicorpum 1233. mensis Martii sub Innoc. IV. Dat. Transumptum Loc. Lugduni tertio Id. Julii Pontificatus Innoc. IV. ann. tertio, collat. Joan. de Geron. primo vol. fol. 32.

108. 205. Habet hoc transsumptum Bullam plumbeam Innoc. IV. cum sigillis cereis adhuc extantibus 29. filo albo appensis.

Literæ Clem. V. cum Bulla sua plumbea serico flavo & rubro. Dat. Pictavii 13. Kal. Augusti. Continent consensum Caroli Regis Siciliæ, quod Ecclesia non tenetur subire aliquas expensas pro defensione regni etiam occasione præteriti belli, aut subiri (*sic*) & nihilominus Regem Siciliæ debere solvere censum annuum pro dicto regno. Habent eæ Literæ subscriptiones 20. Cardinalium collat. Jo. Geron. primo vol. fol. 247.

109. 206. Urbani IV. Literæ cum sua Bulla plumbea & funiculo albo. Dat. apud Urbem Veterem 13. Kal. Decembris ann. sui pontificatus tertio, Domini verò, ut putatur . . . . . Continent modificationem quorumdam articulorum super regno Siciliæ & quamdam amotionem tempore Caroli Andegaviæ, ac Provinciæ Comitis tamquam Regis futuri ejusdem regni. . . collat. L. de Viterbio, tertio vol. fol. 188.

110. 207. Instrumentum sine Bulla continens inquisitionem factam contra quosdam Accusatores de certis criminibus per D. Manfredum de Vico potestatem Cornetanam. Collat. Aloysius de Campania, primo vol. fol. 213.

111. 208. Instrumentum sine Bulla factum sub. Urbano Quarto ann. Dom. 1262. die 14. Septembris continet acceptam possessionem Castri Orbitelli . . . Collat. Aloysius de Campania, primo vol. fol. 51.

112. 209. Literæ Urbani IV. cum sua Bulla plumbea. Dat. Viterbii 7. Idus Decembris sui

ſui pontificatus ann. primo. Continent cauſam quamdam Abbatiæ & Conventus S. Mariæ Eboraceoſis, collat. B. de Spello, tertio vol. fol. 163.

113. 210. Inſtrumentum ſive Bulla facta ſub Urbano IV. ann. 1262. die 19. Septembris. Continet conceſſionem Caſtri Orbetelli per Dominam Momatiam uxorem Guglielmi Tuſciæ Comitis Palatini D. Uberto ſancti Euſtachii Diacono Cardinali, collat. Aloyſius & Marinus.

114. 211. Inſtrumentum, ſive Bulla facta ſub Urbano IV. ann. Dom. 1264. 11. Non. Junii. Dat. Anagnæ. Continet inveſtituram Caſtellani Rocellariani, collat. Aloyſius & Marinus, primo vol. fol. 54.

Indicem ſuperiorem non ſum modo proſecutus, quia jam maximam partem adnotavi Privilegiorum, in quibus res arduæ & graves continentur: ne quid tamen deſideretur, quod ad notitiam ullam pertineat, omnia privilegia in ferrato ſerico inventa in ſaccos diſtribui pro rerum & Provinciarum varietate, qui ſacculi aſſutos titulos habent, & chartas indices particulares ſibi inſertas eo modo & ordine quem ex Regione ſcriptum invenies.

Fundum ſcrinii ferrati inſtructum eſt literis multis papiraceis privatis ad Alexandrum VI. plurimis ſcriptis olim in ſacco lineo poſitis. Qui nunc vacuus inſtratus eſt tribus Regiſtris a Palatina olim confectis (*ſic*) in ſummitate eorum ſacculorum, qui duodecim ſunt, videlicet ſub ejuſmodi titulis.

Saccorum colores.

Imperator Romanorum in viridi majore.

Imperator Romanorum in viridi minore.

Imperator Græcorum & Armeniæ,

Rhodi, Arabiæ in fulvo vel leonino obſcuro.

Regni Neapolitani & Siciliæ, in viridi.

Regni Neapolitani & Siciliæ, in viridi.

Regni Neapolitani & Siciliæ, in ceruleo vel azzurro.

Franciæ, Galliæ, Hiberniæ & Scotiæ, in viridi.

Ungariæ, Bohemiæ, Auſtriæ, in fulvo obſcuro.

Sindicatuum & cenſuum oppidorum ſub Dominio Eccleſiæ, in obſcuro.

Curiæ Romanæ, & Urbis, in fulvo obſcuro.

Civitatum Italiæ extra ditionem Eccleſiæ, in fulvo obſcuro.

Supraſcripta omnia privilegia ſunt diſtributa in ſaccis lineis cum ſuis titulis & particularibus indicum Chartis in ſaccis collatis hoc modo.

In ſacco viridi majore Romanorum Imperatorum privilegia ſunt hæc. 13. Caroli quorum quatuor cum ſigillis aureis, novem cum ſigillis cereis.

4. Othonis omnia cum cereis ſigillis.

7. Frederici quorum quinque cum ſigillis, duo autem carent, ſed eorum in altero ſigna olim fuiſſe conſtat.

1. Henrici cum cereis.

2. Alberti cum ſigillis cereis.

1. Guglielmi cum ſigillo cereo.

Alia ad multos pertinens Imperatores cum ſigillo cereo quod eſt tranſſumptum.

3. Rodulphi quorum quinque cum ſigillis
A cereis, duo cum plumbeis.

Bonifacii VIII. caret, ſed olim habuit.

In Viridi Minore Romanorum Imperatorum.

1. Rodulphi revocatio occupationis Bononiæ & oppidorum Romanæ Eccleſiæ ſub Nicolao V.

1. Alphonſi cum ſigillo cereo.

1. Alberti cum ſigillo cereo.

4. Othonis quorum tria cum ſigillis cereis, unum cum aureo.

11. Frederici quorum quatuor cum ſigillis aureis, tria cum cereis; quatuor ſine ſigillis, maximum olim habuit.

B 13. Henrici quorum ſeptem cum ſigillis cereis, quinque cum aureis, unum ſine, ſed olim habuit.

13. Rodulphi quorum XII. cum ſigillis cereis, unum caret, ſed olim habuit.

4. Caroli cum ſigillis cereis.

I. Venceſlai Regis Bohemiæ electi Regis Romani cum ſigillo cereo.

4. Ad tres pertinent Imperatores, quorum unum eſt Henrici, unum Frederici, duo Othonis ſine ſigillo.

1. Tranſſumptum in quo Imperator ſine nomine declaratur excommunicatus ſub Benedicto XII. cum cereo ſigillo.

1. Tranſſumptum pertinens ad Philippum Imperatorem, ad Regem Angliæ & Arragoniæ
C ſine ſigillo.

In ſacco lineo albo, qui inſertus eſt viridi huic minori Romanorum.

2. Othonis quorum unum eſt membranæ violatæ ſcriptum literis aureis, quod olim ſigillum habuit aureum ſub noſtro num. 3. alterum in membrana conſucta cum ſigillo aureo ſub noſtro num. 9. 3.

1. Rodulphi cum ſigillo aureo ſub noſtro num. 7. 7.

2. Caroli 4. Cum ſigillis aureis ſub num. noſtro 4. & 5. . . quorum unum cum ſigillo aureo, alterum caret, ſed olim habuit, ſub num. noſtro 6. & 8.

Item Marſupiolum lineum in quo eſt ſigillum aureum Frederici ruptum, filo colliga-
D tum, & ducatus unus Venetus auri adulterini.

In ſacculo fulvo obſcuro tria ſunt privilegia Græcorum Imperatorum & Patriarcharum.

Item quæ pertinent ad Rhodios, Armenos, Arabos, Egyptios, Chaldeos & ejuſmodi ultramarinas gentes.

6. Michaëlis ſolius Imperatoris Græcorum quorum quatuor habent ſigilla aurea; ex duobus & reliquis alterum habuit, alterum quod eſt Idiomate Latino caret omni ſigno ſigilli.

2. Andronici ſimul & Michaëlis in quibus Andronicus confirmat articulos quos de fide Catholica Michaël olim pater ſuus confeſſus fuit ſecundum formam Romanæ Eccleſiæ ſine ſigillis, quæ tamen olim habuerunt ut ex ſignis apparet.

E 1. Andronici ſolius Epiſtola Græce ſcripta quæ inſerta eſt in altero privilegio Andronici.

6. Joannis Paleologi antiqui, quorum tria cum ſigillis aureis, unum in modum quinternalis, manu fratris Zenobii Bibliothecarii ſcriptum ſub noſtro num. 96. Sumptum ex capſula 96. Duo autem in membranis violaceis ſcripta literis aureis, quorum alter eſt ſub noſtro n. 1. in ſacculo.

2. Emmanuelis in membranis violacei coloris ſcripta literis aureis.

2. Imperatoris non nominati in membranis violacei coloris ſcriptum literis aureis ſub num. noſtro 2. in ſacculo.

2. Johannis Patriarchæ C. P. quorum alterum eſt in membrana & olim habuit ſigillum. Altera eſt epiſtola Latine ſcripta in papyro & membrana agglutinata cum ſubſcriptione Græca ſumpta ex capſula linea ſub num. 28. cap.

3. Joannis Paleologi ultimi & de Concilio Florentino ſub Eugenio IV. quorum unum habet aureum ſigillum, duo......
& ſigillum aureum Græcum & plumbeum Eugenii IV. omnia Græce & Latine ſcripta.

Sequuntur in eodem ſacco tranſmarinarum Nationum.

4. Rhodiorum Magiſtri quorum tria cum plumbea Bulla Pauli Secundi, una cum plumbea Benedicti XIII.

5. Armeniorum Regis quorum quatuor ſigna Latina cum ſigillis aureis, unum lingua Armenica cum aureo titulo quod olim habuit ſigillum.

1. Epiſtola papyracea ſcripta literis ignotis quæ Dalmaticæ videntur ab Innocente cum ſigillo aureo, quam cum Armeniorum faſciculo alligavimus.

3. Arabica lingua vel ſaltem ſcriptione Arabica ſine ſigillo.

1. Soldani Latina lingua ſcripta cum ſerico rubro ad initium involucri.

3. Sabalcha Patriarcha Orientalis, quorum duo major ex parte Arabice ſcripta cum ſubſcriptione Chaldea, unum vero totum mere Chaldee ſcriptum.

3. Chaldaica tota, quorum unum eſt Dionyſii Epiſcopi Jacobitarum.

1. Ciſra in papyro in modum quinternionis.

In ſacco viridi Regni Neapolitani & Siciliæ.

1. Guglielmi ſub Adriano IV. de concordia inter eos facta Beneventi, quod olim habuit ſigillum.

Joannæ primæ, quorum duo cum ſigillis aureis, unum Bulla plumbea Clementis VI. in quo exprimuntur conditiones quod ſi Imperator nubat, decedat a Regno Neapoli. Quartum olim habuit ſigillum ut ex ſilo apparet.

13. Roberti quorum novem cum ſigillis aureis, tria cum cereis, unum cum plumbea Urbani IV. in quo ſunt conditiones quibus Franci acceperunt Regnum Neapoli ab Eccleſia.

1. Caroli Secundi ad Bonifac. de prorogatione cenſus, quod olim ſigillum habuit ſine ſigillo quadrum.

14. Caroli quorum novem cum ſigillis aureis, tria cum cereis, unum ſine.

In ſacculo cerulei coloris Regni Neapolitani & Siciliæ.

2. Eadmundi filii Regis Angliæ Regis Trinacriæ, quorum alterum habet ſigillum aureum, alterum vero habet & unum aureum & quinque cerea.

2. Petri Regis Trinacriæ cum ſigillis aureis.

7. Frederici quorum unum eſt cum ſigillo aureo, unum cum ſigillo cereo parvo in Pixide, unum cum Bulla plumbea Bonifacii de reditu Trinacriæ ad Eccleſiam; quatuor ſine ſigillo quorum tamen unum habuit, & duo ſunt tranſſumpta, alterum ultimum, alterum incertum.

6. Joannæ Reginæ, quorum unum cum ſigillo aureo, duo cum cereis, unum ſine ſigillo, unum cum Bulla plumbea Clementis VI. una præterea cartula papyracea.

3. Roberti, quorum unum cum aureo ſigillo, duo cum cereis.

2. Alphonſi primi cum ſigillis aureis.

1. Indulgentia pro capella Alphonſi Secundi ſine ſigillo.

2. Conventiones Alphonſi Secundi cum Alexandro VI. quorum alterum in membrana quinterni; alterum in modum tranſſumpti in papyro, & habent inſertam...

1. Guidonis Regis Hieruſalem utile pro Maſitanis cum Bulla plumbea Caroli Primi Regis & Secundi; ſed plura ſecundi: quorum ſeptem habent ſigilla aurea, tria vero cerea, quatuor plumbea. Unum caret ſigillo; ſed olim habuit: de cenſu Eccleſiarum Regni ſub Nicolao IV. cum ſigillo plumbeo.

In ſacco viridi 6. Franciæ, Angliæ, Hiberniæ, Scotiæ.

Fides de quingentis ducatis receptis de mandato ducis Andegavenſis ſub n. 16. capſula.

2. Ludovici Andegavenſis de pecuniis quibuſdam numeratis cum ſigillis cereis.

2. Philippi Regis Franciæ, quorum alterum majus eſt cum ſigillo cereo, alterum vero caret.

3. Franciæ cum ſigillis cereis, quorum unum eſt Nicolai Cardin. Eugenii IV. de pace inter Regem Franciæ, & ſuos principes & inter regem eundem, & Philippum Ducem Burgundiæ. Alterum eſt Ludovici Regis Franciæ ad Paulum Secundum, tertium habet reſponſiones Papæ ad principes Franciæ.

2. Angliæ regnum (*ſic*) quorum alterum habet Bullam plumbeam Innocent. IV. alterum ſigillum cereum Eduardi.

1. Tranſſumptum tertium inſtrumentorum pertinentium ad Reges Angliæ, Scotiæ.

2. Ad Franciam & Angliam pertinentia, quorum alterum habet plumbeam Bullam Boniſac. VIII. & eſt de induciis inter Regem Franciæ & Angliæ.

1. Tranſſumptum habens tria inſtrumenta pertinentia ad Reges Franciæ, Angliæ, Scotiæ ſine ſigillo.

Donatio Angliæ & Hiberniæ facta a Rege Joanne.

Item Donatio Aragoniæ facta a Rege Petro in concilio Lugdunenſi, habet ſigilla cerea 40.

& in medio Bullam plumbeam Innoc. IV.

Item simul est Philippi Imperialis relaxa- A
tio & restitutio bonorum Ecclesiasticorum & de facultate eligendi Prælatos.

In sacculo fulvi obscuri coloris Ungariæ, Bohemiæ & Austriæ.

2. Transsumptum Literarum Regis Ungariæ, quorum alterum habet 4. sigilla cerea & intermedium plumbeum Bullam Innoc. IV. alterum habet cereum unum sigillum.

1. Constitutiones servandæ in Regno Ungariæ factæ Philippo legato sub Nicolao IV. scriptæ in quinterno membranæ, sed imperfectæ & sine tabulis ullove tegumento.

1. De successione in Regno Ungariæ Mariæ
Reginæ Siciliæ & Caroli, cum duobus sigillis B
cereis.

1. Gregorii Regis Bohemiæ cum promissione Regis Mathiæ, Regis Ungariæ, cum sigillo cereo.

2. Ladislai Regis Ungariæ, cum sigillis cereis.

4. Oetgarii (*al.* Otiocari) Regis Bohemiæ, quorum duo cum sigillis aureis, alia duo cum cereis.

3. Caroli Regis Ungariæ, quorum unum habet 9. sigilla cerea; alterum vero unum sigillum cereum, tertium est absque sigillo.

1. Ludovici Regis Ungariæ, cum sigillo cereo.

XI. Literæ Belæ Regis Ungariæ, simul involutæ in una membrana in modum globi, cum sigillis aureis.

In sacco fulvo obscuro, Aragoniæ, His- C
paniæ, Corsicæ, Sardiniæ, Canariæ, & Hesperidum.

1. Ad Carolum Regem Aragonum de creatione Alphonsi filii Regis Aragonum cum plumbeo Nicolai IV.

2. Ad Petrum de Villa-Regali extra fretum Hispaniæ, cum plumbeis Pauli Secundi.

1. Alphonsi Regis Castellæ, cum suo sigillo plumbeo.

1. Ad Constantiam Reginam Aragonum, cum plumbea Bulla Bonifacii VIII.

4. Longi processus contra Petrum Aragonum de Regno Corsicæ, & Sardiniæ, cum plumbeis Urbani V.

1. Bulla Innocentii VI. cum sigillo ejus
plumbeo de juramento fidelitatis Petri Ara- D
gonum.

1. Breve Alexandri VI. ad Ferdinandum Regem Hispaniæ de accepta ab eo quadam cifera.

8. Petri Regis Aragonum, quorum sex cum cereis sigillis, unum cum aureo sigillo. Reliquum olim habuit sigillum, nunc eo caret, relicto tantum serico flavo & rubro.

1. Tractatus 4. Cardinalium cum hominibus Regis Aragonum de feudo & censu Pisarum, & * Ilvæ insulæ, cum quatuor sigillis cereis.

1. Ludovici Principis fortunæ Hispanæ de Canaria & quibusdam aliis insulis extra fretum Hispaniarum spectantium ad Ecclesiam Romanam, & de ipsarum feudo & censu, cum
sigillo aureo. E

2. Joannis Regis Aragonum: habet cereum sigillum, alterum vero olim habuit aureum.

2. Bonifacii VIII. quorum unum cum Bulla plumbea de Sardinia & Corsica, tradira regibus Aragoniæ ab Ecclesia, alterum vero est sine sigillo de Sardinia, ejusmodi tradita.

2. Alphonsi Regis Aragonum, unum cum sigillo aureo, alterum sigillo caret.

1. Alphonsi Regis Castellæ, cum sigillo plumbeo.

1. Ferdinandi Regis Hispaniæ, cum sigillo cereo, de Castro Forare Rom. Ecclesiæ donato.

5. Jacobi Regis Aragonum, quorum duo cum cereis sigillis, unum cum Bulla plumbea Urbani V. unum absque sigillo, unum habuit olim aureum, nunc habet solum sericum relictum flavum & rubrum.

In sacco viridi Sindicatuum, & censuum quorumdam oppidorum Romanæ Ecclesiæ, sub numeris prout erant in capsula, in Bibliotheca Palatina.

Castrum S. Petri de Marchia commune 53. Montis Euponis Pipernum 44. Terracinæ 22. Pistariæ, Commune 92. Staliuli, Macerata 63. Castrum Vaccæ 95. Castrum Rocchæ 78. Communitas Cumana, Commune 1. Monticuli 86. Camerinensis Diœcesis. Castrum Murci 74. Valleum Castrum S. Mariæ 49. Auximanæ Diœcesis, Castrum Montisfortini 88. Firmanæ Diœcesis. Castrum Montis Novi Senogalliensis Ripa Transonis 73. Communitas Marchiæ 82. ad pronunciandum Censum. Civitas nova Firmanæ Diœcesis. Castrum Offanæ 77. Castrum S. Genesii 87. Castrum 81. Offidæ 81. Arcuata 59. Surianum 83. Camerinensis Diœcesis, Castrum Montis Causarii 46. Castrum Matcinalium, Castrum Montis Ulmi. S. Victoriæ Census vel Prætoris salarium in Silibus Ravennatis, quod est alterum a superiore, & caret numero.

3. Contra Perusinos quorum unum sub num. 17. de Castro Gualdi, duo sub n°. 52. quorum quod minimum enominat oppida Spoletinorum occupata a Perusinis.

13. Contra Urbevetanos ne invadant Bulsenam, quorum tria sunt sub num. 41. duo sub num. 74. tria sub num. 80. tria sub num. 75. unum vero sub num. 45. unum sub num. 79. pertinentia ad Castrum Mirandæ sub numeris sigillatim 39. 43. 48. 67. 70. 72. 59. 94.

3. Tria inventaria Castri Marchæ sub numeris sigillatim 34. 35. 50.

3. De Emptione Susmani, quorum unum sub num. 64. habet sigillum cereum, alia duo carent, quorum unum sub num. 32. aliud sub num. 58.

1. De summissione Castri Frusinonis sub num. 8. Item Syndicatus Frusinonis sine notis. Item de Ripa Pransonis census in 120. librarum Ravennatensium, & est alterum a superiore, hoc est enim sine numero.

1. De Castellano Roccæ de Cæsis sub num. 57.

1. De venditione territorii Cepperani sub num. 90.

1. De admonitione Roccæ Carlene, ne faciat murum aut munitionem sub num. 98.

1. De Sindicatu Monbris Monachi in Mar-

chia Veletrensium eligentium Papam in Prætorem.

Inventarium de rebus Castri Marchæ sine numero, hoc est quartum præter superiora.

Admonitio iterum Rocchæ Carlei ne quod moliantur & edificent sub num. 60.

In sacco fulvi obscuri coloris oppidorum patrimonii & ditionis Ecclesiæ in Italia.

1. Processus contra Rebelles Cingulanos, sine sigillo.

4. De pace facta inter Matthiam de Anania & homines Frusinonis, quorum tria sunt parva, unum vero longius & in unum parvorum est insertum, unum ejusdem materiæ ita ut quinque dici possint. Omnia sine sigillo.

1. Fuscanæ civitatis eligentis Bonifacium B octavum in prætorem perpetuum, sine sigillo.

1. Habens septem appellationes consutas simul contra Monachos S. Stephani pro parte Episcopi Bononiensis interpositas in Petra Lugi & Ravennæ, sine sigillo.

1. Cuatio Galeotti & Malefacti Trianorum Arimini occupantium Romandiolam, cum plumbo Innocentii VI.

1. Locatio XI. Comitatuum Ravennæ, Romandiolæ, sine sigillo.

1. Contra Communem Mevaniæ pro Romana Ecclesia, sine sigillo.

1. De venditione & emptione Susmani, sine sigillo, de hoc etiam sunt 3. privilegia colligata in sacculo superiore sindicatuum sub num. 64. 37. & 58.

1. Homagium Castrorum Marchiæ Anconitanæ sub Gregorio X. cum sigillo cereo.

1. De quibusdam factis Roccæ Lariani, & investitura Castellani, sine sigillo.

1. Processus contra Perusinos cum plumbo Nicolai IV.

1. Impignotatio Bertinoris, sine sigillo.

1. Processus contra Communem Tudertinorum eo quia invaserant Sancti Gemini Castrum cum cereo sigillo.

1. Communis Castri civitatis obligatio pro injuriis illatis Castro Georgii, sine sigillo.

1. Commendatio Ripæ Transonis in 40000. Marchas, & electio potestatuum in Marchia Anconitana, sine sigillo. Item altera duo de Ripa Transonis sunt in sacculo sindicatuum superiore.

2. De receptione, & possessione Orbitelli, D sine sigillo.

3. Viterbensium Rerum, quorum unum habet certas conventiones, quod Curia Romana maneat Viterbii. Secundum est de Treguis inter ipsos & Ursum quemdam Ursi filium occasione quorumdam Castrorum ut Roccæ & Valeriani. Tertium est parvum in papyro, & est sindicatus quidam Viterbiensium, omnia sine sigillo.

4. Cornetanorum continentia Conventiones quasdam & statuta, & inquisitiones factas contra quosdam cives, sine sigillo.

1. Camerinen. condemnatio in mille marchas argenti, occasione cujusdam excursionis egestatus, sine sigillo sub num. 16.

1. S. Severini Camerinensium obligatio pro salario prætoris, sine sigillo.

A *Sequitur index sacci positi oppidorum Italiæ Ditionis Ecclesiasticæ.*

5. Processus contra Urbinates tyrannos, & conventiones quædam inter ipsos & Ecclesiam, singuli cum suis sigillis cereis.

3. Spuletinorum, quorum unum cum plumbo Nicolai IV. alia sine sigillis.

Multa Bononiensium, quorum duo cum sigillis plumbeis Benedicti XII. duo cum sigillis cereis communitatis Bononiæ, unum cum cereo D. Guidonis præpositi, unum cum cereo de Pepulis, reliqua sine sigillo.

In sacculo fulvi coloris obscuri rerum curiæ & urbis Romæ.

8. Diversorum Prælatorum & Abbatum super illam decretalem, *ubi manus * imminet * pericula*, quorum duo singula sunt in tribus sigillis cereis, alia sex singula cum pluribus sigillis cereis.

1. Examinatio & responsio 6. Cardinalium qui elegerunt Bartholomæum Barensem in Papam, cum sex sigillis cereis sumptum e Capsula sub num. 26.

1. Compositio inter Joannem Sciairam & Ecclesiam, Ludovicumque & Franciscum.

Creatio Caroli Primi Regis Sicilia in Senatorem Romanum sub Martino IV.

1. Concessio medietatis emolumenti Regni Siciliæ, Angliæ, Italiæ totius, & Venayssini C Comitatus DD. Cardinalibus, cum Bulla plumbea Nicolai IV.

1. De matrimonio dirimendo ab iis qui Sacros Ordines acceperunt, cum plumbea Bulla 22.

1. Exemptio data Petro de Corbaria Antipapæ, cum plumbea Bulla Joannis XXII.

1. Processus contra invasores Ecclesiarum, cum plumbea Clem. VI.

1. Reformatio taxarum curiæ officialium, cum plumbea Julii II. sub num. 12. e sacculo .... contra duos Cardinales Columnenses qui faverant Regi Aragonum contra Ecclesiam, cum plumbea Bonifac. VIII.

Sequitur index sacci fulvi rerum curiæ & urbis.

2. Confessionalia alterum alteri insertum.

1. Confirmatio Indulgentiarum de urbe a Cinerum die ad Pascha, cum plumbo Bonifacii VIII.

1. Pro Capellanis Regis Alphonsi Secundi Regis Neapolitani ad beneficia promovendis.

1. Juramentum Abbatissæ S. Catharinæ in Burgo S. Petri.

1. Epistola communitatis Toletanæ super facto Schismatis cum sigillo cereo.

2. Confessionalia pro adunato & conductoribus proventuum S. Victoris Mediolani Cardinalis Valentini.

1. Conventiones inter Alexandrum VI. & Alphonsum Regem Neapolitanum, de reditu ad urbem Cardinalis S. Petri ad vincula, ad obedientiam Alexandri VI.

E 1. Involucrum Papyraceum vetustissimum

trium

trium Bullarum cum sigillis plumbeis, quorum una Bulla est Leonis X. Literis Latinis, sed hoc tempore non intelligendis. Secunda Sergii sine literis ullis, tertia Gregorii.

1. Immunitas Cisterciensium cum Bulla plumbea Clementis IV.

1. Fides & attestatio B. Episcopi Portuensis de pecuniis acceptis a Magnifico Guglielmo pro militibus e Francia adducendis.

1. De præbenda & cantoratu Ambianensi, cum Bulla plumbea Bonifacii VIII.

1. Processus de captivando Patriarcha Antiochiæ, cum sigillo cereo.

1. Statuta pertinentia ad beneficiatos S. Petri cum plumbo Nicolai III. sub num. 2. e sacculo.

1. De morte Bonifacii Cardinalis Adriani ex metu Benedicti XIII. in Avenionensi Palatio.

1. De terra in stabulo locata, sub Benedicto, sub num. decimo e sacculo albo lineo sumptum.

1. Causa Abbatiæ Sanctæ Mariæ Eboracensis cum plumbo Urbani IV.

1. Relationes Episcopi Clomensis, altera de perveniendo ad Concilium generale (*sic*) altera de Canonica electione Prælatorum.

2. Quod non sit appellandum ad futurum Concilium. Altera cum plumbea Julii Secundi Registratum (*sic*) in Camera Apostolica. Altera est ejus transsumptum sine sigillo, registratum in Cancellaria ac D. Hieronymi Ghinucii Episcopi Asculani.

1. De promotione ad ordines Joan. de Candelo.

De venditione cujusdam loci facta Andreæ Geppis de Florentia. De hac re est aliud instrumentum in sacco subsequenti oppidorum Italiæ, extra ditionem Ecclesiæ.

2. De legitima nativitate Cæsaris Borgiæ Cardinalis olim Valentini cum plumbo Alexandri VI.

1. De decem millibus Francorum tradendis Duci Borbonio pro transitu ejus ad Regnum Siciliæ, cum plumbo Clem. VII. sub num. 42. e capsula.

Interpretatio quo tempore sex menses debent computari, quibus interdictum suspenditur, cum plumbo Clem. IV.

Sequitur index sacculi ex alio scripto rerum curiæ & urbis.

2. Literæ Commendatoriæ pro Fratre Dominico Ordinis Minorum, cum plumbo Innoc. IV. e Capsula.

1. Literæ ad Petrum de Luna tempore Schismatis vocatum Benedictum XIII. sub n. 54.

2. Confessiones, una Leopardi sub num. 38. altera Gentilis de Polmo sub num. 69. e capsula 38. & 96.

Capsulæ sumptæ continent rationem Gubernii Beneventani & obedientiam ipsorum.

1. Chartula ex papyro convictiones de oppido Madrusia.

Quinternus in papyro de scriptis & dictis per D. Cardinalem Valentinum quod servetur.

In Regno Castillæ de constitutionibus Ecclesiasticis.

Confirmatio Generalis facta Monasterio Cassinensi per Innocentium III. in Quinternione de papyro sumpta e Capsula sine num.

1. Contractus cujusdam venditionis in quinterno papyraceo sine principio.

13. Instrumenta de vineis emptis juxta S. Petrum de urbe a variis personis.

1. Literæ Episcopi Castellani de juramento Patriarchæ Gradensis, cum cereo sigillo.

1. Pauli Secundi cum Bulla plumbea contra avaritiam Prælatorum, Legatorum & Officialium Curiæ.

Donationes terrarum & possessionum factæ Monasterio S. Salvatoris Ord. S. Benedicti in Diœcesi Reatina, sine sigillo.

De debito 16. Florenorum quos debebant Presbyter Martinus & Magister Petrus de Farcusio. E capsula sunt num. 47. sine sigillo.

In sacculo fulvi obscuri coloris oppidorum & locorum Italiæ extra ditionem Eccles.

Primum de reconciliatione Mediolani qui adhæserant Ludovico Bavaro & Petro de Corbaria cum duobus sigillis cereis.

1. Placentiæ, Laudæ, Cremæ, Carvagii, Martinenghi, Castri novi, Baccadeluæ (*sic*) Castrorum Mediolani, Cremonæ, & Bergomensis Dioec. cum duobus sigillis cereis reconciliatio, & summissio.

5. Cremonensium reconciliationes, quorum unum habet duo sigilla cerea, alia singula sigilla cerea. Quatuor sunt longa, unum quadrum Privilegium.

2. Novarensium reconciliationes quorum unum habet sigillum cereum.

2. Bergomensium cum sigillis cereis.

2. Comanorum, quorum primum longum habet sigillum cereum, alterum quadrum caret.

3. De Gayene Donatione quorum unum e Capsula sumptum est sub num. 31. omniaque carent sigillo.

2. Sonzinatum, quorum alterum est quadrum, habet duo sigilla cerea; longum vero unum tantum.

4. Astensium Marchionum, quorum duo sunt de vicariatu Ferrariæ concesso Marchionibus Alberto & Nic. alterum ipsorum habet duo sigilla cerea suntque e capsula sub num. 20. & 21. Altera duo sunt de fœdere facto inter Ecclesiam Paduanam, & Astensem; quæ singula habent plumbeam Bullam Urbani V.

2. Lucensium reconciliationes, quorum longius habet cereum sigillum.

4. Alberti & Martini Scaligerorum de Verona, quorum duo sunt de possessione Magnani & Caprariæ, & alterum ipsorum habet duo sigilla cerea. Alterum habet Bullam plumbeam Benedicti XII. tertium habet ex minoribus, caret sigillo. Quartum quod est maximum habet Bullam plumbeam Benedicti XIII. & dat eisdem curam Regendæ Veronæ, Parmæ & Placentiæ.

2. Parva instrumenta de recognitione Parmæ ambo e capsula sub num. 32. & 56.

Florentinorum quorum alterum habet Bullam plumbeam Bonifac. VIII. & excommunicat quemdam civem Gibellinæ factionis, alterum est Alexandri VI. de conductore Flo-

rentinorum Virgilio Ursino.

3. Venetorum cum sigillis plumbeis, quorum unum continet precationem veniæ de offensione Ferrariæ, duo vero sunt alterum ad Paulum II. alterum ad Alexandrum VI. omnia cum plumbeis sigillis.

Sequitur index sacculi & scripti, oppidorum Italiæ, extra ditionem Ecclesiæ.

1. Pisanorum reconciliatio, cum sigillo cereo.

1. Burgo S. Donini, cum sigillo cereo.

1. Venditio loci cujusdam in Grava Valentinensis Diœcesis cuidam Andreæ Greppi, sine sigillo, de hac re est mentio alio in instrumento posito in sacco superiore.

1. Senensium compositio cum Politianis Comitibus, & Dominis de S. Flora, sine sigillo.

1. Quietationes Abbatiæ de Latio Soanensis Diœcesis e capsa sub num. 27. sine sigillo.

1. Albiganorum reconciliatio, sine sigillo.

1. Tertonensium reconciliatio sine sigillo.

1. Citatio Abbatis S. Michaëlis de Clausa, cum sigillo cereo.

1. Compositio cum Barnabo Vicecomite, cum sigillo cereo.

1. Census Rocchæ Carpineti Reginæ Diœcesis, duorum Florenorum, sine sigillo.

1. Papiensium summissio & reconciliatio cum cereo sigillo.

Feltrensis populi & cleri summissio & reconciliatio, seu veniæ petitio ab excommunicatione & interdictis, e capsula sub num. 36.

Bulla edita per Julium Secundum, super electione Pontificum contra Simoniacos.

Registrum diversorum privilegiorum & instrumentorum scriptorum in pergameno, in uno volumine & membranis, pulcherrime ligatum, directum per Platinam Bibliothecarium ad Sixtum IV. P. M. reposite (*sic*) in magno capsone, quod incipit ab Epistola Platinæ ad Sixtum IV. Deinde sequuntur litteræ ad Regem Siciliæ; finitur in literis Roberti Regis Siciliæ super continuatione census dicti Regni.

Secundum volumen scriptum & compaginatum ut supra & directum similiter. Quod incipit & in litteris credentialibus Comm. Cremonæ per oratores illius civitatis ad Benedictum XII. Pontificem, scriptum per notarios, & finitur in literis obedientiæ Regis Ludovici Francorum.

Tertium volumen simile ubi incipit instrumentum rogatum per Jacobum Martini de Alatro, & finit in declaratione rebellium Roberti de Malatestis, Constantii Sfortiæ, & Galeotti de Manfredis, ac Antonelli de Foro Livio.

In sacculo telæ viridis sunt hæc infra scripta privilegia & instrumenta, videlicet.

Instrumentum Rodulphi Romanorum Regis scriptum manu plurium Prælatorum & Notariorum, in quo promittit Nicolao IV. non perturbare Romanam Ecclesiam in possessionibus & bonis quibuscumq. quæ possidet, & in futurum possidebit, cum sigillo pendenti involuto in Bambachia, & signo per nos juxta sigillum literæ B.

Instrumentum cum sigillo ut proxime ratifi- A cationis, & approbationis obedientiæ, ac concessione per Rodulphum Romanorum Imperatorem. Dat. de ann. 1279. signatum per nos juxta sigilli pendentis cordulas, litera B.

Fasciculus diversorum privilegiorum & primum est commissio Benedicti XII. facta D. Joan. de Tinelia ad transuntandum (*sic*) in civitate Assisii quasdam scripturas ad Romanam Ecclesiam spectantes prope cordulas sigilli pendentis per nos, lit. C.

Item in eodem fasciculo instrumentum Rodulphi Romanorum Regis cum filiali obedientia per oratores suos & sigillo pendenti suo, Honorio Papæ præstita, signata per nos lit. D.

Litera Rodulphi Romanorum Regis anno B 1280. cum suo sigillo pendente per quosdam procuratores & oratores suos ad petendum & supplicandum diem coronationis suæ, signatum per nos prope sigillum, litera E.

Item literæ ejusdem ad Nicolaum III. super terris Romandiolæ, signatæ per nos prope cordulas, lit. F.

Item literæ Rodulphi Imperatoris confirmationum omnium & singulorum per ipsum, & prædecessorum Imperatorum, signatæ per nos lit. G.

Item literæ Ludovici Ducis Bavariæ de ann. 1279. sub confirmatione omnium datorum & concessurum Ecclesiæ, signatæ per nos lit. H.

Item literæ Rodulphi Ducis Austriæ confirmationis omnium datorum S. R. E. post re- C conciliationem ad eamdem Ecclesiam, & permissione manutenendi, & cum subscriptione manus suæ, & sigillo pendenti, signatæ per nos, lit. I.

Item Literæ Benedicti Commissionis ad transuntandum quædam privilegia in Civitate alias Antinatensi sub ann. 1339. signatæ per nos, lit. K.

Item instrumentum Rodulphi Imperatoris in quo confirmantur omnia donata Ecclesiæ per Imperatores, signata per nos lit. L.

Item instrumentum Rodulphi Regis Romanorum super Confirmatione Radicofani & pertinentiarum, signatum lit. M.

Item Literæ Othonis Marchionis Brandeburgensis, Confirmationis omnium Donationum de anno 1279. signatæ per nos lit. N.

Item in sacculo telæ lineæ existente in præ- D dicto sacculo telæ viridis.

Instrumentum Othonis sub Bulla aurea super obedientia, & confirmatione & restitutione terrarum a Radicofano usque ad Ceperanum cum Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, & terra Comitissæ Mathildis, Comitatus Bertinorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapopolis cum aliis adjacentibus terrarum. Signatum per nos prope Cordulas sigilli pendentis, lit. C.

Item privilegium Othonis & Pipini filii Romanorum Imperatorum in quo est confirmatio Concessionum factarum Beato Petro & S. R. E. de *Civitate Roma* & suo Ducatu, & Civitate, Literis aureis scriptum, Ligatum cum suprascripto instrumento cum Bulla aurea, signatum lit. P.

E Item Literæ, seu illarum transumptus Benedicti XII. sub commissione ad transuntandum

quædam privilegia ad Roman. Ecclesiam pertioeoiia, & in Civitate Assisii existentia, cum sigillo pendenti, signatæ per nos, lit. E.

Item instrumentum executionis proxime factæ Commissioni, cum sigdlo pendenti, signatum per nos, lit. B.

Item aliud instrumentum simile, cuni sigillo pendenti, signatum per nos, lit. C.

Item aliud instrumeotum simile cum sigillo pendenti, signatum per nos. lit. V.

Item privilegium Rodulphi Imperatoris super ratificatione omnium terrarum concessarum Ecclesiæ in Italia, cum Bulla aurea, cum permissione defensionis Regni Siciliæ, Marchiæ Anconitanæ, Civitatis Ravennæ. & alia. Signatum per nos, lit. X.

Item privilegium Henrici sub Bulla aurea super promissa defensione Pontificis, & concessionibus terrarum Ecclesiæ Romanæ donatarum, Comitatus Sabinæ, Civitatis Interamocosis, & arcis Ceparum, & terræ Arnulphorum. Signatum per nos prope cordulas, lit. Y.

Item Bulla Urbani V. colligationum factarum per Ecclesiam Paduanam, & March. Astens. Signat. lit. Z.

Alia Bulla similis signata, lit. B. a.

Item Bulla Henrici Imperatoris cum juramento obedientiæ, & confirmatione omnium concessionum factarum Ecclesiæ per Imperatores cum sigillo pendenti, signatum, lit. B. b.

Item Literæ Caroli Imperatoris, cum Bulla aurea, juramento fidelitatis & confirmatione A omnium rerum donatarum Ecclesiæ, signatæ per nos, lit. C. c.

Item aliæ Literæ similes Caroli IV. sub Bulla aurea, signatæ per nos, lit. D. d.

Item Bulla Othonis Imperatoris aurea, super protestatione juramenti fidelitatis, & promissione recipiendi Corouam a S. R. E. signata, lit. H.

Item sigillum aureum Henrici cum uno Ducatu Veneto in una Bursa telæ lineæ.

Item Litera Federici Imperatoris qui ob occupationem quarumdam terrarum Ecclesiæ ab Innocentio IV. fuit excommunicatus, ita ut ipse Imperator ad impetrandam pacem, & absolutionem, Oratores ad ipsum Pontificem miserit & alias, prout in Literis magnæ Scrip- B turæ, cum sigillo magno pendenti ipsius Imperatoris, signat, lit. E. e.

Instrumentum fidelitatis & securitatis præstitæ per Isoardum Tamgerendi & Beatricem Episcop. Diens. (*sic*) cum duobus sigillis pendentibus signatum, lit. G. g.

. Instrumentum transumpti super obedientia præstita Honorio PP. per Federicum II. Imperatorem, quod occurrente vacatione Ecclesiæ, sic, &c.

In Bibliotheca nostra S. Germani est Catalogus amplissimus literarum & instrumentorum, quæ in Castello S. Angeli habentur, alphabetico ordine concinnatus; sed incipit tantum C a litera C. literæ A. & B. desiderantur.

In Codicibus Montis-Cassini hæc notavit D. B. de Montfaucon.

IN codice Monasterii Montis-Cassini annorum circiter 400. aut paulo amplius.

Necrologium ubi multorum Principum Neapolitanorum dies obitus annotantur.

Deinceps vero Kalendarium amplum; & Regula S. Benedicti, & in fine formula recipiendi alicujus ad participationem bonorum operum; & postea sic habetur: *Hic liber per plures annos fuit ex Monast. Cassinensi, & recuperatus & restitutus dicto Monasterio per Loysium de Raymo de Neapoli anno Domini* 1506.

Vita S. Josaphat Gallice annorum prope 400.

Codex decimo sæculo conscriptus; ubi 1°. Regula S. Benedicti cum Commentariis Pauli Diaconi; Pauli Diaconi Epist. ad Carolum Regem; Gregorii Magni Epist. ad Castorium Ariminensem Episcopum; Constitutiones quædam Montis-Cassini. Scriptus est liber Berthario Abbate sæculo nono. Hinc historia quomodo Sarraceni Ecclesiam B. Petri Apostoli deprædati sunt, & Cellas B. Benedicti igne cremaverunt. Edita in hist. Monasterii Montis-Cassini. Catalogus Summorum Pontificum prima manu usque ad Joannem X. quod tamen non concordat cum dicto superius quod liber sit scriptus Berthario Abbate qui martyrio adfectus est anno 884. Catalogus Imperatorum Romanorum. Catalogus Regum Longobardorum. Catalogus Comitum Capuæ. Epitaphium Pauli Diaconi carminibus. Titulus in Ca- E talogo Paparum est, *Apostolici viri.*

In codice quodam Cassinensi qui undecimo sæculo exaratus est; ubi 1°. Regula S. Benedicti, & quædam Constitutiones Cassinenses reperiuntur, habentur etiam Litaniæ Sanctorum amplissimæ in quibus hæc notanda; in martyribus legitur S. Mercurius, Nicander & Martianus simul, in Virginibus Sancta Margarita & Sancta Æcaterina ἀμαρτύρη. Orationes multæ, & inter alias eæ quæ dicuntur Domini Petri Ostiensis Episcopi. Capitula Ludouvilii (*sic*) Imperatoris. Epistola Pauli Diaconi ad Carolum Imperatorem.

D In eodem codice repetiuntur imagines alibi depictæ.

In alio codice, cui titulus recentiore manu præfixus est: Liber antiqmenoo B. Bertharii Martyris Abbatis Cassinensis, de quæstionibus Veteris & Novi Testamenti, hæc carmina leguntur:

Bertharius Christi justus juramine sanctus.
Presbyter hunc librum condere jussit amans.
Has bene scripturas satagis hinc discere sanctas,
Qui legis explora. Mystica quæque tenet.
Posce pius precibus necnon super astra tonantem,
Ut famulo reddat præmia digna suo.
Postea quem Abba servavit tempore longo.
Et relegens semper doctus ab arte fuit.
Tu quoque Discipule, sollerti mente recurre
Illius ad scedas discere recta, vale.

Codex autem est scriptus antiquiore manu, & ut ex carminibus patet tempore & jussu Bertharii.

Codex undecimo sæculo scriptus Joannis Presbyteri de Musica antiqua & nova, cujus hæc sunt prima Capitula. Incipit Micrologus, id est, brevis Sermo in Musica quomodo ex malleorum sonitu sit inventa per Platonem Philosophum. De sapientia Musicæ artis, qualis debeat esse qui habere voluerit. Ut non in superbia se erigat qui ars Musicorum agere debeat. De Musica quomodo per B. Gregorium fuit primitus inventa. De Schola Cantorum quomodo in Sancta Romana Ecclesia modulariter constituit.

In medio autem codicis legitur: In nomine Summæ & Individuæ Trinitatis incipit Micrologus, id est, brevis Sermo in Musica, editus a Domno Widone.

Vocabularium insigne annorum circiter 700. Incipit: Abba Syre, Græce Pater, Latine genitor. Hæc selectiora notavi:

Abencat, eradicat.
Abellus, Agnus recens natus.
Abigellus, quod tollit rem, aut peculium alienum.
Abita, insatiata.
Abolla, Pallium Philosophorum.
Aborreus, ab eo quod est orior.
Abunda, panici & mellei folliculi.
Abrotonum, nomen fœminæ.
Abpatruus, frater abavi.
Acnonitus, qui nulli communicat.
Acupira, vestis est acu texilis.
Ærarium, Thesaurum; & vocatur Ærarium quia prius æs signatum ibi recondebatur, hoc olim in usu erat auro argentoque nondum signato, e quibus metallis quamvis facta postea fuisset pecunia, nomen ærarii permansit ab eo metallo unde pecunia initium sumpsit.
Ænirores, Tubicines.
Æsculus, genus arboris.
Aganippe, fons est Boëtiæ quæ & Aonia dicitur.
Agrippa, qui in pedes nascitur inversus quasi Ægripes.
Ancile, Scutum quadrum.
Ancilia, arma cælestia.
Antigeni, Antegeniti.
Antes, extremi ordines Vinearum.
Aonia, Boëtia.
Asbeston, Lapis Arcadiæ qui semel accensus non extinguitur.
Aripus, gladius falcatus.
Arillaror, id est, mercator.
Ascer, sanguis cruor.
Barium, urbem Italiæ appellarunt conditores ejus expulsi ex Insula Barnæ quæ non longe est a Brundusio.
Bucones, Garruli.
Blastn, Cubicularius.
Brunda, solida.
Catela, Velum dicitur lingua Persarum.
Candus, vestis Regia.
Secunda manu 500. annorum.
Emina vini habet uncias XVI.
Emina olei habet uncias XII.
Emina mellis habet uncias XXIIII.
Emina est quædam mensura medium sextarium continens ad emendum vinum vel annonam. Vel dicitur ab emendo, vel ab emi quod est dimidium.
Emina appendit libram unam quæ geminata sextarium facit. Emina habet dragmas 100.
Ermulæ, statuæ sine manibus.
Erilus, inferius.
Eritibe, erugo & rubigo messium.
Flamendialis, Sacerdos Jovis.
Franci a quodam Duce proprio vocati putantur. Alii eos a feritate morum nuncupatos existimant. Sunt in illis mores inconditi, naturalis ferocitas animorum.
Frumen, pars gulæ unde frumenta & fruges a frumendo hoc est rescendo.
Gabbarus, insulsus Barbarus.
Herculaneus, Eunuchus.
Mabrus, Mars.
Parsavit, indicavit.
Sacerdotes Gentilium Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum in quo erat brevis Virga desuper habens lineum aliquid quod cum per æstum ferre non possent filum tantum capite ligare cœperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat, unde a filo quo utebantur Flamines dicti sunt. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro Sacerdotii eminentia.
Sandapila, feretrum, id est, locum ubi portantur gladiatores mortui, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorum, id est, damnatorum.
Sacramenta sunt Baptismus & Chrisma, Corpus & Sanguis quæ ob id Sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretium salutem eorundem Sacramentorum operatur.
Secunda manu 400. annorum.
Scemata, Arenæ ubi Athletæ luctantur.
Sextula bis assumpta duellem facit; ter vero staterem.
Sextarius olei habet libras 2.
Sextarius mellis habet libras 4.
Sextarius est duarum librarum qui bis assumptus nominatur bilibris, quater fit Græco nomine Cœnix; quinquies complicatus quinarem, sive Gomor facit; adjice sextum, congium reddit: nam congium sex metitur sextariis; unde & sextarii nomen accepit. Sextarium vini habet duas libras & octo uncias, &c. ut supra; sextarium olei, ut supra.
Sextans qui & sextas dictus quasi sexta, nam quatuor scrupulis constat, quæ sic scribitur sex.
Sextula appenditur quatuor scrupulis, sive quatuor senis siliquis. Quæ iden sextula vocatur quod bis sex uncia consumatur. Hanc vulgus aureum solidum vocant. Hujus tertiam partem ideo dicunt tremissem quod eundem solidum faciat termissus.
Scrupulus habet siliquas sex.
Semiobolus habet siliquam unam & mediam.
Siliqua habet nummos 250. 1. grana 4.
Siliqua media habet nummos 125. 1. grana 2.
Granum habet nummos 63.
Granum dimidium habet nummos 33.
Manus habet nummos 5.

Codex scriptus anno 1434. in folio paucis focis: Statuta florida composita ab illo

Scireno

Seireno Ducale confilio Sacræ communitatis Venetiarum in libro præfenti defcripta funt ordinata. Quis obfervabit* lifanta fercula edet; & gloriam Domini poffidebit perpetualem.

Cum Leges & facra Statuta Venetiarum per os Principis dici poffint fore divinitus promulgata: appetitus noxios &c.

Ego Andreas Dandulo Procurator Ecclefiæ S. Marci in unam Summulam colligere ipfas, &c.

Sic abfolvitur liber: refcripta & completa funt per me Fratrem Bernardum de Ivanis de Durafco gratia Dei & Apoftolicæ Sedis Epifcopum Balacenfem; nec non ad præfens Vicarium Generalem in fpiritualibus & temporalibus Ecclefiæ Coronenfis, ad inftantiam nobiliffimi, ac prudentiffimi viri Domini Ricardi de Clemona Canzelarii Coroni digniffimi 1434. die fecunda Julii.

Codex 400. annorum membr. primo Epift. Hieronymi ad Suniam & Fretelam. Hinc quædam alia Hieronymi. Quintuplex Pfalterium quinque columnis; duæ funt ad Hebraicam veritatem, aliæ duæ ad Græca exemplaria; in medioque eorum eft textus Græcus Latinis literis confcriptus. *Macarios o an ir os u poreuthi en vuli afevon Ke en odo amartolon uk efti.*

Excerpta ex Bibliotheca Caffinenfi.

Auxilii Presbyteri quæftiones in Genefim.

Apuleii Herbarium 700. annorum.

Gregorii magni Regiftrum Epiftolarum undecimo fæculo fcriptum.

Flavius Vegetius de re militari. 400. annorum.

Homiliæ diverfæ fcriptæ an. 1072. In hoc cod. reperiuntur antiquæ effigies cum Monaftico habitu.

Rabani Commentaria in lib. Regum XI. fæculo.

Vocabularium Latinum. XI. fæculo.

Pauli Orofii hiftoriæ. XI. fæculo.

Summa Canonum Bernardi Papienfis. 300. annorum.

Hieronymi Epiftolæ. XI. fæculo.

Zachariæ Chryfopolitani de concordantia Evangeliftarum. 400. an.

Bedæ hiftoria Anglicana. 600. an.

Ægidii Bituricenfis quædam. 300. an.

Origenes in Jefum Nave & in Genefim. XI. fæculo.

Idem in Leviticum ejufd. ætatis.

Chirurgia Magiftri Guillelmi Placentini. 300. annorum.

Jofeph de bello Judaïco. XI. fæculo.

Remigii Monachi S. Germani Antiffiodorenfis in Epift. Pauli. 300. an.

Paterii Brixiani excerpta ex Epiftolis Gregorii Magni. XI. fæculo.

Auguftini de civitate Dei. XI. fæculo.

Anaftafii Bibliothecarii hiftoria. XI. fæculo.

Regulæ SS. Bafilii, Pacomii & Macarii.

Scintillarium Defenforis grammatici. XI. fæculo

Anonymi Monachi concordantia Bibliorum; & Onomafticum vocum Hebraïcarum Latine fcriptarum veteris Teftamenti. 400. annorum.

Gregorii Morales. XI. fæculo.

Caffianus. XI. fæculo.

Hugonis a S. Victore. 300. an.

Homiliarium in quo quædam homiliæ Epiphanii Scholaftici, Severi & Petri Damiani. XI. fæculo.

In codice annorum plufquam 300. dilectis plurimum & diligendis femper in vifceribus Chrifti venerando clero Romano & viris Scholafticis Prophetarum filiis epulantibus in domo Calvi Elizæi pulmentum ex vafe fictili Petrus divina permiffione S. Rom. Ecclefiæ Cardinalis indignus. Sic ex vafe literæ guftare pulmentum fcripturæ ut per noftrum Elifæum farina pofita fpiritualis intelligentiæ pulmentum ipfum guftantium dulcefcat in ore. Eft lexicon concionatorum.

Richardus de Mediavilla in libros Sententiarum Annorum circiter 300.

Beda in Acta Apoftolorum & in Apocalypfim. XI. fæculo.

Beda in Cantica. XI. fæculo.

Beda in Efdram & Tobiam ann. 500. aut 600.

Juliani Toletani Pronofticon. XI. fæculo Maximi quædam. XI. fæculo. Vita Simeonis Stylitæ. XI. fæculo.

Petri Comeftoris Hiftoria Scholaftica. 400. ann.

Ifidori Hifpalenfis etymologiarum. 600. ann.

Vita Gregorii Papæ, autore Joanne Diacono. XI. fæculo.

Alcuini de Trinitate & alia. XI. fæculo.

Bedæ expofitio in Evangelium Marci. XI. fæculo.

Cod. ejufdem in Lucam. XI. fæculo.

Origenes in Epiftolas Pauli ex Rufini interpret. XI. fæculo.

D. Thomæ in Sententias. Annorum plufquam 300. ubi vocatur Fr. Thomas.

Multi codices de vitis SS. variæ ætatis.

Auguftinus de Civitate Dei. XI. fæculo.

Item alius in Pfal. XI. fæculo.

Petri Damiani opera. XI. fæculo.

Rufini Monachi hiftoria Ecclefiaftica ex Eufebio. XI. fæculo.

Auguftini multi codices. XI. fæculo.

Bedæ in Lucam circiter 600. ann.

Epiftolæ & Sermones S. Hieronymi. 500. ann.

Libri homiliarum in choro recitandarum multi XI. maxime fæculo exarati, Theobaldo & Defiderio Abbatibus.

Flores Moralium S. Gregorii Magni per Ignatium Monachum Caffinenfem. 300. ann.

Rabanus de Cruce. 500. vel 600. ann.

Scripturæ Sacræ multi codices. 600. 500. & 400. ann.

Orationes quædam Ciceronis Anno 1450. circiter fcriptæ.

Inftituta Monaftica, fine autoris nomine. XI. fæculo.

Commentaria Pauli in Regulam S. Benedicti. XI. fæculo.

Incerti in Epiftolas Pauli. 600. circiter ann.

Eugippii Abbatis excerpta ex Auguftino. XI. fæculo.

Petri Lombardi 300. aut 400. annorum in Epist. Pauli.
Confessiones Augustini. XI. sæculo. Epistolæ ejusdem XI. sæculo.
Hugonis de S. Jacobo in Lucam. 300. ann.
Historia tripartita annorum circiter 800.
Multæ vitæ SS. & Sermones S. Dorothei. XI. sæculo
Zachariæ Chrysopolitani de concordantia Evangelistarum. 300. aut 400. annorum. Item alius ejusdem ætatis.
Martiani Capellæ de nuptiis Mercurii & Philologiæ cum scholiis. XI. sæculo.
Hieronymi in 12. Prophetas. 500. aut 600. ann.
Rituale Eccles. XI. sæculo.
Richardi de Mediavilla distinctiones. 250. ann.
Dionysii Areopagitæ versio dicata Karolo Regi. XI. sæculo.
Origenes in lib. Numeri. XI. sæculo.
Vita S. Benedicti a S. Gregorio. XI. sæculo.
Faustus de vita S. Mauri. XI. sæculo.
Hymni quidam Pauli Diaconi. XI. sæculo.
Origenes in Epist. Pauli uncialibus caracteribus annorum plus mille.
Missale. XI. sæculo.
Regula S. Benedicti, Litaniæ, preces & alia. XI. sæculo.
Petri Remensis Poëma heroïcum. 300. ann.
Brunonis Episcopi Homil. in Evangelia totius anni. XI. sæculo.
Isidori Hispalensis varia. XI. sæculo.
Bedæ multi codices. XI. sæculo.
Chrysostomus in Matthæum Latine. 300. ann.
Sacramentarium. XI. sæculo.
Ambrosii & Augustini varii codices.
Paulus Diaconus in Epist. Pauli. XI. sæculo.
Severini Boëtii de differentiis topicis, de divisione, & alii Tractatus 600. annorum.
Bruno Astensis in Zachariam Prophetam. 300. aut 400. ann.
Pauli Æginetæ de curationibus morborum. 500. ann.
Petri Damiani opera. XI. sæculo.
Hugonis a S. Victore annorum circiter 400.
Explicatio nominum Græcorum & Hebraïcorum Scripturæ. XI. sæculo.
Anacleti Papæ Proverbia & Epistolæ. 300. ann.
S. Ephrem Sermones. XI. sæculo.
Epigrammata Prosperi. XI. sæculo.
Solinus Polyhistor. XI. sæculo.
Isidori de vita SS. PP. & de anima. XI. sæc.
Adolini de Virginitate & vita S. Brandani Eremitæ, XI. sæculo.
Augustini quædam. 500. circiter ann.
Item Ceolfridi Abbatis ad Naitanum Regem Pictorum de observatione Paschæ. 500. ann. circiter.
Hieronymi Epistolæ. XI. sæculo.
Concordia Evangelica. XI. sæculo.
Petri Remensis Poëma Heroïcum de utroque Testamento. 300. ann.
Origenis homiliæ in Genesim. 500. circiter ann.
Isidori Hispalensis libri 3. Sententiarum.
Summa dictaminum Guidonis Fabæ. 300. annorum.
Hieronymi in Danielem. XI. sæculo.

A Marcus Lentinus de virtutibus Cardinalibus. 300. ann.
Boëtius de consolatione Philosophiæ. 400. ann.
Leges Longobardorum. 600. ann.
Lucanus cum scholiis. 600. ann.
Alius 500. saltem ann.
Henricus Episcopus, Summa dispensationum. 300. ann.
Ugutionis Monachi Grammatica. 300. ann.
Hieronymi quæstiones in Genesim 300. ann. adversus Jovinianum. XI. sæculo.
Usuardi Martyrologium annorum minus quam 300.
Hieronymi Epist. ad Suniam & Fretelam; & adversus Luciferianum. XI. sæculo.
Breviarium Fratrum Minorum. XI. sæculo.
B Rabani Vocabularium. XI. sæculo.
Gaudentii de vita Clementis Papæ. XI. sæc.
Bedæ in Epist. Pauli. XI. sæculo.
Augustini multa.
Remigius in Epist. Pauli. 300. ann.
Bedæ Chronicon. XI. sæculo.
Cypriani Epist. XI. sæculo.
Lactantii Instit. 250. annorum.
Val. Maximus annorum minus. 300.
S. Gregorii Dialogi. XI. sæculo.
Gaiferii Monachi Cassinensis & Alphanæ Salernitani Arch. Monachi Cassinensis carmina. XI. sæculo.
Petri Diaconi in Regulam S. Benedicti. Visio Alberici Diaconi. 400. ann.
Palladii Paradisus. XI. sæculo.
C Leges Longobardorum. 400. annorum.
Lucanus minus 300. ann.
Nonii Marcelli de proprietate Sermonum.
Petri Comestoris Hist. Scholast. 300. annorum minus.
Tull. Ciceronis oratio. 250. annorum.
Gilbertus concordia Epist. Pauli.
Petri Januensis Gramm. 300. annorum.
S. Bertharii quæstiones.
Grammatica Alberici Monachi. XI. sæculo.
Dialogi S. Gregorii Papæ. 500. aut 600. ann.
Bedæ Martyrologium & alia. XI. sæculo.
Philippi Monachi discipuli S. Hieronymi in Job. XI. sæculo.
Statii Thebaidos. 300. ann.
Julius Frontinus de aquæductib. urbis Romæ. 500. aut 600. ann.
D Gregorii Turonensis historia. XI. sæculo.
Senecæ Tragœdiæ. 250. annorum.
Donnani Monachi in Psalmos. 300. annor. aut plus.
Petri Comestoris historia Scholastica. Joannis Hircani hist. Scholast. 300. ann.
Joannis Solomei Boianici Lexicon etymologiarum.
Lucanus de bello civili. 500. annorum.
Hieronymus in Isaiam. 500. ann.
Sallustius in Catilinam. Cod. recens.
Pastorale Gregorii.
Didymi de Spiritu Sancto. XI. sæculo.
Apologeticus Bernardi ad Cluniacenses. 300. ann.
Paschasii de corpore Christi ad Placidum Monach.
E Amalarius Fortunatus de divinis officiis.
Bassatius Abbas de exemplis naturalibus.

Yvo Carnotensis & Monachi de Sacramentis.
Mamerti Episc. Viennensis. 500. annorum.
Æsopi Fabulæ Latine. 400. ann.
Prosperi carmina. 400. annorum.
Augustini Epistolæ ann. circiter 500.
Hieronymi Epistolæ ann. circiter 500.
Hieronymus in Ezechielem. XI. sæculo.
Maximi Monachi in scripturam Latine. XI. sæculo. Edit. a Combesis Græce.
Expositiones Bedæ Presbyteri in Epist. Canonicas.
Hieronymi quæstiones in scripturam de nominibus Hebr. Item de locis Heb. & alia quædam. XI. sæculo.
Hieronymi in Jeremiam. 300. aut 400, ann.
Bruni libri, Sent. & Sermones. XI. sæc. Ejusdem in Leviticum. XI. sæculo.
Hieronymi in Ecclesiasten. XI. sæculo.
Joannis Abbatis Sententiæ moralium in Job.
Decretales Summorum Pontificum. 300 annorum.
Augustini quædam. XI. sæculo.
Hugonis Floriacensis Chronicon. 250. ann.
Augustinus de Baptismo & pœnitentia. XI. sæculo.
Augustinus de natura boni. XI. sæculo.
Bedæ Historiæ Anglorum. XI. sæculo.
Concordia Bibl. 300. ann.
Rufinus de bono pacis. 300. ann.
Landulphi Carazoli Ordinis Minorum Sermones. 300. annorum.
Odonis Cluniacensis. 400. annorum.
Hieronymi in Epist. Pauli XI. sæculo.
Ambrosii Epist. 300. annorum.
Augustini de vera religione, & alia. XI. sæculo.
Aurelii Prudentii Carmina, alia IX. alia X. sæculo exarata tempore Berthanii.
Bertharius Abbas Cassinensis occisus a Sarracenis anno 884.
Augustini Enchiridion, retractationes & cætera. 400. annorum.
Boëtii de unitate cum glossis. 400. circiter ann.
Historia recuperationis Jerusalem, edit a Mabillonio.
Vitæ Sanctorum Remigii, Venceslai, Mennæ Monachi. XI. sæculo.
Didymi de Spiritu Sancto annorum fere 600.
Poëmata sacra Angeli Sangrini inedita. Floruit autem præterito sæculo.
Chronica Saxonica. XI. sæculo.
Chirurgia Constantini Africani Monachi Cassinatis. 300. aut 400. annorum.
Collectio Canonum & Conciliorum. XI. sæculo.
Epistola ad Simplicianum. XI sæculo.
Juvenci Presbyteri Poëma. XI. sæculo.
Gregorii Pastorale. 300. ann.
Hieronymi de norma vivendi. 300. ann.
Concordia scripturæ incerti.
Lucanus. 500. annorum.
Incerti Grammatica. 500. ann.
Hieronymus in Genesim. XI. sæculo.
Isidori Hispalensis Canon. XI. sæculo.
Bruchardi compilatio Canonum. 600. ferme ann.
Item Biblia & alia. XI. sæculo.
Homiliarium variæ ætatis.
Vitæ Sanctorum, varia volumina.

Gregorii moralia. 600. fere ann.
A Bibliorum ingens liber, ann. fere 600.
Pauli Diaconi in regulam sancti Benedicti. XI. sæculo.
Breviarium XI. sæcul. ubi Hymnus, *Te Deum laudamus*, dicitur esse Sisebuti Monachi.
Smaragdus de perfectione vitæ Monasticæ 400. ann.
Juvenci Presbyteri Carmina 600. ann.
Guillelmi Dominicani summa vitiorum. 300. vel minus ann.
Collectio Canonum. 600. ann.
Alia. XI. sæculo.
Breviarium. 600. ann.
Brunonis in Cantica. 300. vel 400. annorum.
Josephi antiquitates. 700. ann. ubi locus Jesu B Christi est.
Comment. in Psalmos ex Hieronymo & Augustino; ad cujus calcem ita legitur: In nomine D. N. J. C. anno Dominicæ Incarnationis MXXIII. Indict. VI. anno videlicet ordinationis suæ secundo, Dominus Theobaldus reverentissimus Abbas hunc Librum de expositione Psalmorum sancti Augustini Episcopi in hac Ecclesia sancti Benedicti ubi sacratissimum corpus ejus humanum est, scribere præcepit cum aliis XXII. codicibus. Hi sunt. Imprimis Omeliæ 40. Moralia pars prima. Liber Psalmorum. Epistolæ sancti Pauli editæ a Claudio Episcopo. Hymnaria duo in choro semper habenda. Chro- C nica sancti Eusebii Cæsariensis Episc. & Hieronymi Presbyteri, & Isidori Episc. & Prosperi & Joannis. Historia Romanorum. Historia Longobardorum. Edictum Regum; Pontificale Romanorum Pontificum. Liber Officiorum sancti Isidori Episcopi. Liber concordiæ Canonum, & Librorum Canonum. Decretale Pontificum super Marcum, edit. a venerabili Beda Presbytero.
Si quis vel unus autem de os Libros (*sic*) qui superius scripti sunt de prædicta Ecclesia S. Benedicti quolibet modo auferre molierit vel temptaverit non abeat pars neque sors in resurrectione justorum, sed sit pars illius cum his qui ad sinistram positi sunt. In æterno igne dampnandi erunt; & hic dum advixerint anathematis vinculo sint D innodati. Dicite omnes, quæso, fiat, fiat, & similiter patiatur qui hanc anathemam de hunc codicem avolere studuerit. *Latino-barbara nihil mutavimus.*
Rabanus de origine rerum; is haud dubio Liber qui laudatur in præcedenti codice 700. annorum elegantibus miniaturis ornatus ex quibus habitum Monachi excerpsimus.
Codex Chronicorum usque ad annum 1152. editus.
Martyrologium, Homiliæ, Regula sancti Benedicti, & Necrologium Monachorum amplissimum. In Martyrologio ad Nonas Martii dicitur sanctum Thomam Aquinatem fuisse primo Cassinensem Monachum.
Incipiunt Flosculi etymologici breviter oblati ab Auxilio Presbytero XI. sæculo; amplis- E simus liber, ita ut non solum etymologicon sed etiam Dictionarium sit. Incipit:

a & eo quia nulla litera ante a, nulla post eo. A

Aliud Dictionarium ejusdem ævi.

Onomasticon Græcum parvo quarto. 500. annorum.

Codex annorum plus 600. Hieronymi, Gennadii, Isidori Hispal. & Ildefonsi de Scriptoribus Ecclesiasticis, memb. in parvo 4o.

Vita sancti Remigii Episc. Remensis. X. ut videtur sæculo in parvo quarto. Incipit: Posthabita ergo omni dubitatione atque ancipiti submota sententia, unanimitate Episcoporum.

Codex annorum 400. Liber pœnitentialis de homicidio. Incipit: Qui non scienter sed casualiter hominem occidit, quinque annis pœniteat.

In codice qui notatur 208. annorum plusquam 400. Sententia totius Theologiæ moralis. B

Ad Frontem Breviarii antiqui XI. sæculo legitur sermo de conceptione B. Mariæ haud multo minoris ætatis, & ut videtur XII. sæculo.

Severini Boëtii arithmetica IX. sæculo.

Fastidii de Vita Christiana. Gregorii Nysseni Homilia.

Carmina in sanctam Birgittam.

Liber Arabicus Solimani opus.

In codice antiquo hæc leguntur.:

Apostolici Viri.

Petrus Apostolus sedit in Antiochiæ Cathedra Episcopali annos quinque. Hic Petrus ingressus in urbe Romæ sedit in Cathedra episcopali annos 25. C

Linus sedit annos 15. menses 4. dies 12.

Cletus sedit an. 10. menses 10. dies 11.

Clemens sedit an. 9. menses 11. dies 10.

Anacletus sedit annos 12. menses 10. dies 12.

Evaristus sedit annos 13. menses 6. dies 11.

Alexander sedit annos 10. menses 7. dies 11.

Xistus sedit annos 10. menses 3. dies 21.

Telesphorus sedit annos 11. menses 3. dies 21.

Eleutherius sedit annos 11. menses 3. dies 21.

Yginus sedit annos 8. menses 3. dies 8.

Pius sedit annos 18. menses 4. dies 3.

Codex 277. Græcus 500. vel 600. annorum continet 10. Epistolam ad quemdam Monachum qui Beati Dorothei Abbatis opuscula petierat: deinde ipsa Dorothei Ascetica opera. Postea sequuntur Thalassii ἡγεμόνες ἑκατοντάδες centenariæ Sententiæ asceticæ quatuor. D

Hinc ex Chronico Hippolyti Thebæi quædam afferuntur. Item Decollatio sancti Joannis Baptistæ. Et postea Cusmæ Vestitoris sermo in reditum reliquiarum S. Joan. Chrysostomi, & vita in Epitome ejusdem Chrysostomi. Demum Alexandri Monachi sermo de Inventione sanctæ Crucis.

Codex alius Græcus 600. circiter annorum, ubi Gregorii Naziazeni Tetrasticha Carmina cum scholiis, Nicetæ & ejusdem Nicetæ interpretatio Epitaphii ejusdem S. Gregorii quod duodecim inscriptionibus constat.

Hinc Evagrii cujusdam opera spiritualia, ex India, ut Scriptor fabulatur, allata.

Postea Diadochi Episcopi φωτικῆς τῆς Ἠπείρου τῆς Ἰλλυρικοῦ, Ascetici Sermones. E

In eodem codice Joannis Damasceni Theologi-

Demum Carmina in S. Basilium defunctum.

Bibliotheca Cassinensis.

1. Acta, & Canones Conciliorum usque ad Toletanum primum, Epistolæ Decretales a Clemente usque ad Melchiadem.
2. Acta Concilii Ephesini, & Epistola Cyrilli, & aliorum contra Nestorium.
3. Canones astronomici, Epistola Desiderii Abbatis Cassinensis ad Petrum Damianum, Cycli decemnovennales, Albinus de Trinitate.
4. Ambrosius contra Arianos.
5. Ambrosius in Lucam.
6. Historia Ecclesiastica Anastasii Bibliothecarii.
7. Contractus emptionis Codicis istius, Archidiaconus super decretum Gratiani.
8. Aristotelis Libri 8. de physico auditu, cælo anima & plantis.
9. Metaphysica Aristotelis.
10. Ethica Aristotelis cum commentario incerti.
11. Sancti Augustini sermones 50.
12. Sermones Sancti Augustini.
13. Sententiæ Augustini per materias excerptæ per Eugipium Abbatem.
14. Augustini Libri 10. de Civitate Dei.
15. Augustinus contra Faustum Manichæum & Felicem Manichæum.
16. Liber Epistolarum D. Augustini, solutiones ejusdem quarumdam quæstionum.
17. Augustinus de verbis Domini.
18. Libri Augustini de Trinitate, Hilarius de Trinitate, Ambrosius de Trinitate. In primis & ultimis foliis continentur aliquæ Constitutiones Pontificum.
19. Divus Augustinus de Trinitate.
20. D. August. de consensu Evangelistarum.
21. D. August. in Joannem.
22. Pars secunda sermonum D. Augustini in Evang. Joannis.
23. Expositio D. Augustini in Epist. Joannis. Deprecatio metrica pro lectore Codicis in fine ipsius.
24. Expositio Augustini in Psalterium & in Epist. Joannis.
25. Liber confessionum Sancti Augustini.
26. Prima pars Psalterii D. Augustini.
27. Secunda pars expositionis D. Augustini super Psalmos.
28. Liber secundus Augustini de Civitate Dei usque ad vigesimum-secundum.
29. Etymologicon linguæ Latinæ Auxilii Presbyteri.
30. Quæstiones Auxilii Presbyteri in Genesim.

Miscellanea de Trinitate.

In Libros Regum, & in alios scripturæ locos.

De differentia sententiarum ejusdem.

De distinctione quatuor vitiorum ejusdem.

De regulis Junilii.

Bedæ Presbyteri explanatio in proverbia Salomonis.

Enchiridion Sancti Augustini.

Flores desumti ex tribus Libris Alcuini de Trinitate.

Isidorus Episcopus de Incarnatione & vocatione gentium.

Gennadius

Gennadius de Fide.
Fulgentii Episcopi aliqua pertinentia ad Fidei firmitatem.
Victorini Carmen de Trinitate.
31. Archidiaconus in 6. Decretalium usque *de Regulis Juris* exclusive.
32. Archidiaconus super Decretale & Canones.
33. Archidiaconi notæ super Decreta & Canones.
34. Breviarium antiquum Cassinense, in quo continentur vitæ diversorum sanctorum, præcipue Divi Berthari Abbatis Cassinensis.
Varii sermones SS. Patrum.
35. Biblia sacra Vulgatæ editionis cum summariis. Petri Monachi Mellicensis.
Item sacra Historia metrice Petri de Fosenica Monachi Mellicensis, signanter 1°. Nomen Libri. 2°. Numerus Capitulorum. 3°. Ordo Librorum. 4°. Quotus liber. 5°. De quo tractat quilibet Liber.
36. Expositio Bedæ in Lucam.
37. Homiliæ Bedæ in Lucam.
Thucydidis codex recens bombycinus. Item alter ejusdem ætatis.

Polybii historiarum cod. recens bombycinus.

Diogenis Laërtii codex recens bombycinus.

Æliani historia animalium in eodiec recenti bombycino.

Platonis libri quidam descripti anno mundi 6822. id est, Christi 1314.

Aristotelis Rhetorica in codice XIV. sæc. bombycino.

Alexandri Aphrodisiei codex bombycinus, scriptus anno mundi 7031. id est, Christi 1523.

Hermei, sive Hermiæ Philosophi in Platonem codex bomb. qui fuit Vincentii Ponteii, emtusque Venetus.

Procli in Platonem codex recens bomb. qui fuit Nicolai Tridentini.

Nicandri Theriaca cod. recens bombycinus.

Nicephori μοναχοῦ εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς lib. Physicus. *Seripandus Sebastiani Fratris dono accepit*, cod. bombycinus.

Codex bombyc. recens. ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ τριχῶν καὶ ὑπήνης καὶ μαχαλῶν, καὶ ἥβης περὶ γενείων. 1. *Ex Persis & Ægyptiis; de capillis, barba, maxillis, de pube, & de genis.* Agitur ibi de somniis, codex recens bombycinus.

Oribasii de medicina, recens codex.

Τῶν γεωπονικῶν. de agricultura, codex recens adespotus.

Stephanus Byzantius περὶ πόλεων, cod. recens bombycinus.

Geographia initio mutila, in codice XV. sæculi; his verbis init. Πολλάκις μὲν τῷ σοφῷ πρὸς λόγον, est Epistola Eustathii ad Joannem Ducam, quæ præmittitur Commentario ejusdem Eustathii ad Dionysium Perihegetem.

Pausanias in codice recenti.

Hephæstionis enchiridion de mensuris, codex recens bombycinus.

Joannis Curopalatæ compendium historiæ, codex bombycinus XIV. sæculi.

Polyæni strategemata, cod. recens bomb. incipit: Τὴν μὲν κατὰ Περσῶν καὶ Παρθυαίων νίκην ἱερώτατοι Βασιλεῖς Ἀντωνῖνε καὶ Οὐῆρε. 1. *Victoriam de Persis & de Parthis reportatam, admodum sacri Imperatores Antonine & Vere.*

Aristidis Orationes in cod. bombycino XIV. sæculi. Deinde Cyprii ad Andronicum Oratio. Postea Libanii Epistolæ quædam.

Polemonis Sophistæ εἰς κυναίγειρον codex bombycinus recens.

Codex bombycinus recens, in quo Georgii Gemisti quædam, Synesii Epistolæ aliquot, Cleomedis opera, &c.

Luciani Dialogorum quædam, in codice membranaceo recenti.

Manuelis Moschopuli quædam in codice recenti. Ejusdem περὶ ἀττικῶν ὀνομάτων. Ejusdem Erotemata in cod. recenti bombycino.

Libanii Antiocheni Epistolæ in cod. recenti. In fine legitur: αὗται αἱ ἐπιστολαὶ Λιβανίου εἰσὶ γεγραμμέναι χειρὶ Γεωργίου Λεκαπηνοῦ. Hæ Libanii Epistolæ scriptæ fuerant a Domno Georgio Lecapeno.

Libanii declamationes in codice XIV. sæculi.

Lexicon Græcum Cyrilli in codice membranaceo XI. sæculi.

Pollucis Onomasticon in cod. bombycino, qui descriptus est anno mundi 6999. Christi vero 1491.

Joannis Carmelitani Lexicon Latino Græcum, in 4°. eusum anno 1487, nomen auctoris, manu scriptum est.

Hesiodi editio antiquissima cum notis Jani Parrhasii manu exaratis.

Procli in Hesiodi ἔργα. Artemidori onirocritica cod. recens bombycinus.

Hesiodi Theogoniæ Physica expositio in cod. recenti.

Codex bombycinus recens in quo Æschylus Poeta.

Commentarius in Æschylum recens bombycinus.

Euripides in codice recenti.

Aristophanis codex recens bombycinus.

In alio codice recenti Scholion in Aristophanem.

Lycophron cum interpretatione Tzetzis. item prosodia Dionysii Alexandrini in eod. bomb. sæculi. Alius item codex.

Lycophronis codex cum interpretatione Tzetzis XIV. sæculi.

Aratus in codice recenti.

Quinti Calabri Κάττυ & Orphei Hymni. Κάττυ μεθ᾽ ὕμνων πρῶτον.

Editio Anthologiæ vetustissima elegantibus typis.

Hi codices Græci, subsequuntur Latini.

Codex X. sæculi. Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis cum continuatione Gennadii. Scriptores adsunt 230. postremus est Pomerius natione Maurus; ad calcem legitur.

Ego Gennadius Massiliæ Presbyter scripsi adversus omnes hæreses libros VIII. & adversus Nestorem (sic) libros V. & adversus Eutychen libros X. & adversus Pelagium libros III. & Tractatus de mille annis de Apocalypsi B. Joannis & hoc opus, & Epistolam de fide mea, Missam ad Beatum Gelasium Episcopum urbis Romæ. In eodem codice exstat Epistola Quodvult Dei ad Augustinum, item Anonymi liber de hæresibus.

Ægidii Viterbiensis historia viginti sæculorum per totidem Psalmos digesta, Archetypus ad Leonem X. Pontificem maximum.

Martini Ordinis Prædicatorum, Chronicon.

Memoriæ ad Concilium Tridentinum spectantes, a Cardinali Sepirando collectæ 2. tom. in 4o.

Consilium delectorum Cardinalium & alior. Prælatorum de emendanda Ecclesia, S. D. N. Paulo ipso jubente, conscriptum & exhibitum M. D. XXXVIII.

Reginaldi Poli de reformatione S. Ecclesiæ.

Probi grammatica Latino-Græca XII. sæculi.

Commentarius amplus in Cantica Canticorum sæculi XII.

Augustini Romani in Epist. ad Corinthios, codex scriptus anno 1429.

M. T. Ciceronis codices bene multi, de Oratore duo. Orationum 2. ad Herennium 1. recentes.

Ciceronis de Officiis, Paradoxa, de amicitia, de senectute codex XIII. sæculi.

Ejusdem de Inventione, & in eodem codice XII. sæculi Boëtii de Topicis.

M. T. Ciceronis de legib. Academicæ Quæstiones, Partitiones oratoriæ. Item Modestini de re militari, de optimo genere Orationis, in codice recenti.

Titus Livius in codice membranaceo XII. sæculi.

Ejusdem

Ejusdem codex recens.

Quinti Curtii codex recens.

Plinius in codice XIV. sæculi.

Taciti codex recens.

L. Junii Moderati Columellæ de re rustica, codex 250. annorum.

Prisciani Grammaticæ codices tres peranti-qui XI. aut XII. sæculi: in quodam eorum hæc carmina leguntur:

Me legat antiquas qui vult proferre loquelas:
Qui me non sequitur, vult sine lege loqui.

Commentaria in Priscianum XIV. sæculi.

Damascenus Mesue XIV. sæculi.

Liber Rasys qui dicitur Almansorius, a Magistro Girardo Cremonensi apud Toletum translatus ex Arabico: codex XIII. aut XIV. sæculi.

Virgilii codex elegantissimus X. sæculi, cum annotationibus brevibus. Alius item codex B
ejusdem recens.

Servii Commentaria in Virgilium, codex scriptus anno 1007. ut in fine notatur.

Ejusdem quatuor alii codices recentes, quorum unus præfert annum 1462.

Donatus in Virgilium, codex XV. sæculi.

Martialis, codex XV. sæculi.

Bibliotheca Monasterii Sancti Severini Neapoli.

P. 319. Biblia Sacra multis voluminibus X. sæculi.

Psalterium Græco-Latinum XII. sæculo conscriptum, ubi Græca singulari characterum forma sunt. C

Origenis in Cantica, aliorum item in Cantica quædam; & S. Bernardi item in Cantica codex XII. sæculi haud diu post S. Bernardi obitum conscriptus videtur. In alio item codice XIV. sæculi, Bernardi in Cantica.

Commentaria Anonymi in Apocalypsim, codex initio mutilus XI. sæculi. Item alius in Cantica similis.

S. Ephrem quædam in codice XII. sæculi.

Augustini in Psalmos codex egregiæ notæ X. sæculi, tomis duobus.

Augustini Sermones quidam & retractationes in codice XII. sæculi.

Prosper de vita contemplativa, codex XI. sæculi.

Gregorii Magni Dialogi in codice XII. sæculi.

Bacharii (*sic*) de reparatione lapsi ad Ja- D
nuarium. Ita init. *Nisi vererer, Beatissime Frater, ne inter simulatos amicos Job*, &c. In eodem codice XII. Ephremi Diaconi & Joannis Chrysostomi de eodem argumento.

Bruchardi solo nomine (*sic*) Episcopi Vormacensis de jure Episcopali ad Brunichonem.

Catalogus Epistolarum S. Bernardi cum indice earumdem, ordine alphabetico, a Francisco Ascocota Episc. Sarnensi, jussu Joannis XXII. Papæ, codex eodem tempore conscriptus.

Liber de consideratione quintæ essentiæ omnium rerum, pauperibus Evangelicis viris erogatus, editus a Magistro Joanne de Rupescissa Ordinis Fratrum Minorum. *Dicit Salomon sapientiæ in capitulo septimo Deus dedit mihi.* cod. E
XV. sæculi.

M. Tullii Ciceronis de divinatione & somniis a Marino Tomacello conscriptus XV. sæculo.

Ejusdem de Oratore.

T. Livius exscriptus anno 1435. Kal. Martii a Joanne Frigerio.

Plinii Epistolæ in duobus codicibus recentibus.

Senecæ Epistolæ, quæ incipiunt ab Epistolis Senecæ ad Paulum & Pauli ad Senecam.

Virgilii Bucolica & Georgica in cod. recenti.

Ovidii Fastorum codex XV. sæculi membr.

Aulus Persius in codice XIV. sæculi.

Juvenalis XII. sæculi, &c.

In Bibliotheca Laurentiana Florentiæ hæc observata sunt a D. Bernardo de Montfaucon anno 1700. mense Martio & Aprili.

In I. pluteo.

Ex una parte Codices Hebraïci & Rabbinici, quorum multi editi.

Codex antiquissimus *Megillat Esther*, mutilus initio & fine.

Psalterium Georgicanum.

Missale Armenum.

Psalterium Arabicum XIV. sæculi.

Ex alia parte Libri Scripturæ sacræ Hebraïce cum paraphrasi Chaldaïca. In fine legitur Jacobum filium Josephi Scribam hunc librum scripsisse.

Item Evangelia Syriace *bis*, Estranghelos Manuscrip.

Rabbinici Libri Maouscrip.

In II. pluteo.

Codex Sinensis.

Codices Hebraïci & Rabinici, magna parte editi.

Biblia Hebraïca antiquissima.

In III. pluteo.

Biblia Hebraïca antiqua.

Libri Rabbinici partim cusi, partim Manuscripti.

Quidam Libri Sinenses.

In eodem pluteo cum veneratione asservatur Breviarium Latinum a Patre Couplet ex China delatum, quod se illic reperisse dicit ille, a multis retro sæculis apud Tartaros servatum & exinde in Chinam delatum. Codex non superat 300. annos.

In IV. pluteo.

Acta cum Epistolis Canonicis, & Sancti Pauli Epistolis cum Scholiis. X. sæculo conscriptus codex membr.

Cod. Basilius in Isaïam XI. sæculo.

Cod. membr. Athenagoıas de Resurrectione.

Stephanus de Urbibus. In fine legitur scriptum fuisse Codicem manu Joannis Rhosi Presbyteri Cretensis, anno 1492. jussu & sumptibus Laurentii de Medicis. Hic Joannes Rhosus innumeros pene scripsit codices.

Cod. membr. sub initium circiter XII. sæcul. Basilii Homiliæ multæ, & quædam Epistolæ. A

Cod. membr. Anastasii quæstiones. In fine legitur scriptum fuisse codicem anno mundi 6571. id est, Christi anno 1063.

Cod. membr. X. sæculo conscriptus, Gregorii Naz. & Basilii Epistolæ.

Cod. membr. XI. sæculo vitæ Sanctorum mensis Septembris, Græce.

C . bombycinus circa finem XIII. sæculi. Theohpylacti in Acta Apostolorum.

Cod. membr. XI. sæculo scriptus Hom. Basilii in Psalmos.

Cod. membr. XII. sæcul. Anastasii quæstiones & Resp.

Cod. bomb. XV. sæc. Athanasii quædam trita. Joannis Damasceni contra Manichæos. B

Cod. elegantissimus memb. X. sæc. scriptus Acta & Epistolæ Apostolorum.

Cod. membr. X. sæculo Basilius contra Eunomium.

Cod. membr. XI. sæcul. Compendium Basilicorum.

Cod. memb. XV. sæcul. Philocalia Origenis, & Clemens de peregrinationibus Petri.

Cod. membr. XI. sæculo Basilii Homilia unica, & Chrysostomi quinque editæ.

Cod. membr. XI. sæculo Antiochi Monachi ascetica.

Cod. bomb. XIV. sæculo Basilii ad juvenes, & Isocratis orationes.

Cod. membr. XI. sæculo Acta & Epistolæ Apostolorum. C

Cod. bomb. XV. sæcul. Basilii ad juvenes, ac deinde Lysiæ, Demosthenis, Dionis, Platonis orationes paucæ.

Cod. bomb. XV. sæcul. Antocidis, Isæi, Demosthenis, Dinarchi, Antiphontis, Gorgiæ, Alcidamantis, Lycurgi orationes quædam.

Cod. membr. XII. sæcul. Athanasii opera quædam.

Cod. bomb. XIII. sæcul. Pandectes de Spiritus Sancti processione.

Cod. bomb. XIV. sæcul. Marci Eugenici in Sancti Ephremi dormitionem, Anastasii quædam. Item Cyrilli.

Cod. membr. XI. sæcul. Basilii Homiliæ quædam cum notis ad inflexiones inter legendum. D

Cod. membr. XI. sæcul. Pandectes ex variis Patribus.

Cod. membr. XI. sæc. Athanasii opera quæd.

Cod. membr. XI. sæcul. Acta & Epistolæ Apostolorum.

Cod. bomb. XVI. sæcul. Arsenii Monembasiæ, Flores autorum ad Leonem X.

Cod. membr. XV. sæcul. Basilii ad juvenes.

Codex. membr. anno mundi 6601. Christi 1093. Acta & Epistolæ Apostolorum.

Cod. membr. X. sæcul. cum abbreviationibus ut in Manuscrip. Cryptæ Ferratæ. Scholia quædam in orationes nonnullas Gregorii Nazianzeni sub finem, ubi non pauca notatu digna leguntur.

In V. pluteo.

Cod. membr. IX. sæcul. Biblia, scilicet vetus Testamentum. E

Cod. membr. XIV. sæcul. Zonaras & Balsamon in Canones.

Cod. membr. XI. sæcul. Catena elegantissima in Prophetas majores. In fronte libri scriptum est: Olim Laurentii Petri de Medicis raptus inter libros Comitis Joannis Pici Mirandulani, quorum depositarius erat Conventus Sancti Marci de Florentia Ordinis Prædicatorum.

Codex memb. XII. sæcul. Catena in Hesaiam collecta a Nicolao Archiepiscopo Cypri.

Cod. membr. X. sæculo Psalterium.

Cod. membr. XII. sæcul. Lexicon Græcum.

Cod. bomb. XIV. Christodulus contra Palamam & alia ejus opuscula pia.

Cod. bomb. Dionysii de divinis nominibus & de cælesti Hierarch. Gregorii Nazianzeni orat. XXXVI. scriptus anno mundi 6939. Christi 1431.

Collectio Canonum sæcul. XIII. ubi in fronte quædam leguntur manu Antonii Augustini conscripta. Cod. memb.

Cod. memb. Psalterium Græcum & Hebraïcum tecenti manu.

Psalterium Græcum membr. XII. sæculo cum expositionibus Athanasii & anonymi.

Cod. membr. Clementis Pedagogus XI. sæculo.

Cod. bomb. Catena in Job XIV. sæculo.

Cod. bomb. XV. sæculo Dionysii opera.

Cod. bomb. Theodoreti quæstiones in vetus Testam. XV. sæculo.

Cod. bomb. Cyrilli Alexand. de Trinitate XIV. sæculo.

Cod. bomb. recens in cujus fronte Apollinarii protheoria in Psalmos.

Cod. membr. XI. sæculo Biblia Sacra a Genesi usque ad finem Libri Ruth.

Cod. bomb. Collectio Canonum XIV. sæculo.

Cod. bomb. XIV. sæculo Nicolai Zacynthi Episcopi contra Latinos, cod. plerumque Græce & Latine.

Cod. Homerocentonum XIV. sæculo.

Cod. bomb. Dionysii Areop. opera; in fine legitur scriptum fuisse codicem anno mundi 6856. Christi 1348.

Cod. bomb. scriptus anno 1403. cum parte Menologii in fine.

Cyrilli Alexand. in Genesim cod. Membr. XIV. sæculi.

Cod. bomb. Jambi Joannis Geometræ, Georgii Pisidæ, Eugenii Philosophi nepotis Regis Amira, Nicolai Hydruntini, Nicolai Cæsariensis.

Cod. bomb. recens, Lexicon Græcum. Videndum utrum sit Hesychius.

Cod. bomb. XIV. sæculo Demetrii Cydonii contra Nicolaum Cabasilam.

Cod. bomb. recens Dionysii de cælesti Hierarchia.

Cod. memb. Clementis Alexandrini Stromata Græce X. sæculi. Hic codex unicus & præstantissimus est omniumque rarissimus. Olim puto fuisse apud Basilianos Messanenses Monachos, ut supra dixi: nam in veteri quodam Catalogo illorum Clementis Stromata Græce habentur; in recentiore autem non comparent. In Bibliotheca Ottoboniana supra, memorantur duo codices Stromatum Clementis;

ſed ambo admodum recentes.
Cod. membr. XII. ſæculo Dionyſius Areop. A
Cod. membr. Catena in Pſalmos XI. ſæculo.
Cod. membr. Cyrillus Alexand. in Heſaiam XI. ſæculo.

In VI. pluteo.

Cod. membr. XI. ſæculo Evangelium, in fronte legitur carmen Arſenii Monembaſiæ Archiepiſcopi ad Clementem VII.
Cod. membr. XII. ſæculo Catena in Matthæum.
Cod. membr. XIII. ſæculo Pandectes.
Cod. membr. Euſebii præparatio Evangelica, recentiſſimus.
Cod. bomb. Euthymii Panoplia XIV. ſæculo.
Cod. membr. Catena in Matth. & alios Evangeliſtas, conſimillima noſtræ Sangermanenſi, X. ſæculo. Initium βίβλος γενέσεως ἰησῦ χρ. B
Cod. membr. Gregorius Nyſſenus contra Eunomium XI. ſæculo.
Cod. membr. Theodoreti quæſtiones in ſcripturam ſacram XI. ſæculo.
Cod. membr. XII. ſæculo quatuor Evangelia.
Cod. membr. XI. ſæculo Evangelia cum Actis & Epiſtolis Apoſtolorum & Synaxario in fine.
Cod. bomb. XIV. ſæculo Theophylactus in Evangelia.
Cod. membr. XII. ſæculo quatuor Evangelia.
Cod. 31. Evangeliorum membr. cum notis ad inflexiones vocum IX. ſæculo caractere unciali oblongo. C
Cod. 32. Evangel. membr. XI. ſæculi.
Cod. 33. Evangel. membr. XI. ſæculo cum commentariis.
Cod. 34. Evangel. membr. XI. ſæculo cum commentariis.
Cod. alius membr. Evangel. anno Chriſti 1285. character eſt pene ejuſdem formæ ac XI. ſæculi ſed macilentior.
Cod. alius membr. XI. ſæculo quatuor Evang. in quo minio depinguntur hiſtoriæ Evangelicæ.
Alius membr. XII. ſæculo quatuor Evang.
Cod. recens membr. Euſebius contra Hieroclem.
Herodiani de declinationibus omnium partium orationis.
Phrynichi collectio Atticarum vocum.
Cod. membr. IX. ſæculo Evangelia cum notis.
Cod. bomb. recens, Chryſoloræ comparatio veteris & novæ Romæ (id eſt C. P.) & alia ejuſdem opuſcula.
Cod. membr. XII. ſæculo Evangelia per annum.
Tres alii codices membr. Evangeliorum.
Cod. bomb. Initium Panarii S. Epiphanii, & alia quædam XIV. ſæculo. Codices Panarii S. Epiphanii rariſſimi ſunt.
Cod. bomb. Euſebii præparatio Evangelica anno mundi 6852. Chriſti 1344.
Cod. bomb. XIV. ſæculo Theodoreti quæſtiones in Octateuchum.
Cod. membr. X. ſæculo Catena in Pſalmos cum iiſdem prologomenis quæ ſunt in Bibliis editis. E

In VII. pluteo.

Cod. membr. X. ſæc. Gregorii Nyſſeni opera
Cod. membr. X. ſæc. Gregorii Naz. Orationes.
Cod. bomb. XIV. ſæc. ejuſdem opera.
Cod. membr. XI. ſæc. ejuſdem opera.
Cod. membr. XIV. ſæc. ejuſdem opera. Codices Orationum Gregorii Nazianzeni frequentiſſimi ſunt, Epiſtolarum & carminum non item.
Cod. membr. ejuſdem carmina & Nonni Paraphraſes XI. ſæculo.
Cod. membr. ejuſdem opera cum Scholiis XI. ſæc.
Alius ejuſdem.
Ejuſdem carmina XII. ſæc.
Pandectes multorum Patrum atque etiam Philoſophorum.
Cod. X. ſæc. membr. Gregorii Naz. orationes.
Cod. membr. XIII. ſæc. collectanea multorum Patrum.
Cod. bomb. XIV. ſæc. Gregorii Nyſſeni in Cantica.
Cod. bomb. recens Georgii Scholarii de Spiritu Sancto ad Joannem Comnenum Imperatorem Trapezuntinum.
Cod. membr. XI. ſæc. Gregorii Naz. orat.
Cod. membr. alius ejuſdem.
Cod. ejuſdem Patris & conditionis ejuſdem.
Cod. XV. ſæc. bomb. Georgii Metochitæ propoſitiones pacis inter Eccleſiam Græcam & Romanam.
Cod. bomb. recens Gennadii Scholarii contra Mahumetum.
Cod. bomb. recens Georgii Pachymeræ paraphraſis in Dionyſ. Areopag.
Cod. membr. opera Gregorii Naz. ſcriptus anno mundi 6598. Chriſti 1091.
Cod. membr. XIV. ſæc. Vitæ quorumdam Sanctorum.
Cod. Bomb. Epiſtolæ Ignatii recenter ſcriptæ.
Joannis Climaci opera.
Item Philoſophica quædam.
Gregorii Naz. duo codices.

In VIII. pluteo.

D Habet hic pluteus multos codices Homiliarum ſancti Joannis Chryſoſt. editarum.
Joannis Chryſoſtomi Epiſtolæ in codice bomb. XIV. ſæcul. Ex illis cod. unus deſcriptus eſt anno mundi 6481. Chriſti 973. ſed in hoc atramentum fallit oculos ut recenſior exiſtimetur.
Joannis Damaſceni varia codex XIV. ſæc.
Tomus ingens bomb. recens contra Barlaam & Acyndinum.
Scala Joannis Climaci, cod. recens.

In IX. pluteo.

Cod. Vitarum Sanctorum membr. X. ſæc.
Joannis Chryſoſt. operum editorum codices multi.
Joannis Cantacuz. hiſtoria, ingens cod. bomb. deſcriptus anno mundi 6878. Chriſti 1370. ſeptima Decembris

Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni de legibus.
Nicolai Methonensis explicatio Procli & contra Latinos.
Nicetæ Pandectes de omnibus Sectis.
Origenis de Philosophiis cum commentariis cod. bomb.
Topographia Christiana annorum 600.
S. Maximi Lexicon peramplum.
Basilii Magni Regulæ asceticæ cod. bomb. XIV. sæc.
Nili opera.
Euthymii Zigabeni in Psalmos.
Io septimo plureo codice octavo a Scholiaste Gregorii Naz. cod.XI. sæcul. Ubi circa Mithram Gentilium Deum quædam notatu digna habentur.
Chronicon scriptum a Poggio Florentino tempore Greg. XII.
Corn. Gallus Forilivienfis. Hic Cornelius Gallus, Forojuliensis dicitur in aliis fere omnibus antiquis codicibus.
Alius ejusd. ætatis Forojuliensis.
Alius ejusd. ætatis Forolivienfis.
Alius ejusd. ætatis Forojuliensis.
Vita Æsopi per Maximum Planudem.

In X. pluteo.

Canones Apostolici.
Canones Conciliorum.*
Quædam ad Concilium Florentinum spectantia.
Pauli Epistolæ cum Commentariis.
Prophetæ cum Commentariis.
Theodori senioris Tractatus quidam.
Theodoreti curatio Græcorum affectuum, *bis*.
Olympiodori in Ecclesiasten.
Pselli Apologia pro Basilio.
Theophylacti in Epistolas Pauli.
Theophylacti Epistolæ.
Theophili Anticensoris instituta.

In XI. pluteo.

Vitæ Sanctorum in multis codicibus: in fine unius legitur scriptum fuisse codicem manu Joachimi cujusdam.
Theodoreti in Psalmos.
In Prophetas, *bis*.
Theophylacti in Evangelia.
In Epistolas Pauli.
Versus Sibyllini.

In XII. pluteo.

S. Augustini codices omnes, magna pars recentes. In fine unius legitur: *Antonius Sinibaldus Florentinus scripsit anno Domini M. CCCCLXXXIX pro Serenissimo Mathia Rege Ungariæ.*
Anselmi de concordia prædestinationis & Gratiæ.

In XIII. pluteo.

Augustini opera cusa.
Alberti Teutonici in Job.
Athanasii opera spuria cusa.
Alberti Magni Theologia.
Antonii Puccii oratio in Concilio Lateranensi.
Augustini* Anconitani de amore Spiritus Sancti.
Amatus de ira Dei.
A Ambrosii Camald. Odœpericum.
Augustini Romani de Sacramentis.

In XIV. pluteo.

Codex Boëtii IX. sæc.
Ambrosii codices multi quorum unus X. sæc. alii recentiores.
De Bartholomæo Lucensi historia.
Baltasar Fidele de prærogativis Joannis Baptistæ.

In XV. pluteo.

Bibliorum Sacrorum volumina.

In XVI. pluteo.

S. Bernardi multa.
S. Bedæ item.
B Bartholomæus Sphontius de pœnitentia.
Basilii quædam.
Cassiani multi codices.
Concilii Basiliensis acta.
Item Aquisgranensis, Nicæni & aliorum.
Clementis Epistolæ.
Cypriani Beneti de non mutando Paschate.
Calendarii ratio, cod. scriptus anno 911. forte non cusus.
Constantini Epist. ad Silvestrum PP.
Cæsarii de lectione apostolica.
Claudii Ethologia in Lucam.
F. Dominici Florentini de vita & morte Virginis.

In XVII. pluteo.

C Homiliarii diversi.
Dionysii de divinis nominibus & de cælesti Hierarch.
Gregorii Magni quædam.
Greg. Naz.
Gilberti Abbatis.

In XVIII. pluteo.

Gregorii Magni multa.
Georgii Benigni de natura Angelica.
Gabrielis in Psalterium.
Henrici Bononiensis Sermones.
Hieronymi quædam.
Honorii enarrationes.
Multi libri cusi. Magna pars M. SS. Latinorum in hac Bibliotheca recentes sunt.

In XIX. pluteo.

D Hieronymi codices magna pars recentes.
Humberti Cardinalis Sermones.
S. Joan. Chrysost. Tractatus quidam.
Isidori Etymologicum.
Joannis Castrensis expositio Psalm, *Miserere mei.*
Joan. Wiclef de fundatione Pseudofratrum.

In XX. pluteo.

Joan. Scot. in Sent.
Juvilii institutio adolescentis, &c.
Isidori Hispalensis de Synonymis.
Jacobi de Voragine, Joachimi, F. Jacobi Organelli, Joannis de Parma opera pia; & alia multa variorum Anonymorum.

In XXI. pluteo.

E Leonis PP. Homiliæ.
Lactantii institutionum codices multi.

Marilii

Manlii Veneti secreta fidelium.
Mercurius Trismegistus Marsilio Ficino interprete.
Martyrologium.
Matthias de regno Sueciæ, & expositio in Apocalypsim.
Malducii Sermones.

In XXII. pluteo.

Nicolai de Lyra codices.

In XXIII. pluteo.

Paulini Nolani Epistolæ.
Petri de Insulella Summa Pastoralis.
Pauli Florentini de origine Ordinis Servorum.
Prudentii carmina.
Prosperi de vita contempl.
Pauli de Migdelbourg de recta Paschatis celebratione.
Petrus Cortesius de Cardinalatu.

In XXIV. pluteo.

Quæstiones Theologicæ caracteribus Longobardicis.
Remigii in Epistolas Pauli, antiquus codex.
Item in Psalmos multis voluminibus.
Raymundi Summa.
Roggerii Placentini quadragesimale.

In XXV. pluteo.

Libri Sapientiales.

In XXVI. pluteo.

Veteris Testamenti quidam codices.
S. Thomæ multi.
Tertulliani duo recentes codices.
Ubertini de Casalis de vita Christi.
Vincentii Bellovacensis quædam pia.
Ugolini Verini Paradisus.
Juvenci Presbyteri carmen.

In XXVII. pluteo.

Italico idiomate omnes.

In XXVIII. pluteo.

Aristotelis mechanica.
Arati Phænomena.
Dionysii Periegesis.
Euclidis codices multi.
Francisci Cretensis Sermo.
Hermetis mathematica.
Hipparchi de Phenomenis.
Isaac Monachi Astronomica.
Joannis Philoponi de usu Astrolabii.
Manethonis Apotelesmata X. sæc.
Manuel Bryennii Musica.
Plethonis in Geographica Strabonis.
Procli Astronomica.
Porphyrii Isagoge in apotelesmata Ptolemæi.
Ptolemæi apotelesmata.
Ejusdem Geographia quinque codices.
Alia ejusdem.
Strabonis Geographia tres codices.

Theonis expositio in Canones.
A Ptolemæi cod. X. sæc.
Alii ejusdem Theonis codices.

In XXIX. pluteo.

Libri multi Astronomici.
Junii Nupsii de limitibus X. sæc.
Alcabitii opera.
Alphonsi tabulæ.
Antonii Dulciati de Calendarii correctione.
Alphadon.
Andali de Sphæra.
S. Augustini de Musica.
Antonii Viviani de situ urbis Romæ.
Ammeti de Astronomia.
Albumassar.
B Beda de temporibus.
Blanchini Tabula.
Boëtii Geometria & Arithmetica.
Blasii de Parma quæstiones perspectivæ.
Cypriani Beneti de prima orbis sede.
Christophori Euphenii descriptio cycladum.
Euclidis elementa.
M. Guillelmi opera.
Guidi Bonati introductio.
Abraam de Genesi, i. Genethlialogia.
Henricus de Astrolabio.
Guidonis Aretini Musica.
Hali de judiciis astrorum.
Joannis de Monte-Regio Ephemeris 2. vol.
Joannis Anglici summa Astrologiæ judicialis.
Blanchini Astrologia.
C Julii Firmici mathesis.
Hyginus de cælestibus imaginibus.
Julius Solinus de situ orbis.
Isidorus de astris.
Tractatus multi de Astronomia.
Cretæ Insulæ descriptio.
Lucius Apuleius de magia.
Leonis Baptistæ Alberti de re ædificatoria.
Linconiensis de fractionibus radiorum, &c.
Leupoldi compilatio Astronomica.

In XXX. pluteo.

Theorica Mercurii.
Mag. Manlii Astronomicon.
Ptolemæi Geog.
Pomponius Mela.
Roggerii Astrologia.
D Strabonis Geographia.
Vitellionis perspectiva.
Vitruvius.
Hugonis Geomantia.
Zaelis introductio in Astronomiam.

In XXXI. pluteo.

Æschyli Tragœd. quinque codices.
Apollonii Argon. tres codices.
Aristotelis ars poëtica.
Aristophanis octo codices.
Colluthi de raptu Helenæ.
Epigrammata, tres codices.
Hesiodi quatuor codices.
Quinti Calabri relicta ab Homero.

In XXXII. pluteo.

E Homeri codices viginti quorum antiquior X. sæculo.

Lycophronis quinque codices.
Libanii carmen lugubre.
Luciani Phalaris.
Manuelis carmina.
Nonni Dionysiaca.
Pythagoræ carmina.
Pselli paraphrasis in Iliadem.
Pindari quinque codices.
Sophocles, Æschylus & Apollonius cod. X. sæculo.
Sophoclis sex alii codices.
Theognidis sententiæ.
Theocriti tres codices.

In XXXIII. pluteo.

Antonii Fulvii Panegyricus.
Andreæ Fontani de laudibus Cosmæ Medicei.
Aratoris carmina.
Achillis Bocchii lusus.
Antonii Panormitæ Hermaphroditus.
Alchimi carmina.
Ausonius Gallus.
Acronis Comment. in Horatium.
Antonii Cornazani de laudibus Florentiæ.
Claudiani & Catulli multi codices.
Petrarchæ Epistolæ.
Ejusd. Africa.
Fr. Philelphi carmina.
Gai Sylvani Meleagris.

In XXXIV. pluteo.

Horatii multi codices, unus X. sæc.
Joannis Pontani carmina.
Joannis Gemisti protrepticon.
Joannis Aurelii Eglogæ.
Joannis Mariæ Velmatii de laudibus Italiæ.
Jac. Sannazari carmina, primus codex manu ipsius.
Joann. Bocacc.
Juvenalis codices 19.

In XXXV. pluteo.

Lucani viginti-quatuor codices.
Lucretius octo codices.
Laurentii Medicei elegia.
Lippi Brandolini de laudibus Laurentii Medicei.
Laurentii Vitellii arborea.
Ludov. Bigi Epigrammata.
Martialis tres codices.
Martiani Capellæ.
Naldi de Naldis elegiæ.
Nicolai Bonaiuti S. Hierusalem.
Nicodemi Mantuani Epigrammata.

In XXXVI. pluteo.

Ovidii innumeri codices.
Orphei carmina.
Plauti Comœdiæ tredecim codices.
Propertius.

In XXXVII. pluteo.

Persius tres codices.
Prosper Aquitanicus.
Petronius arbiter.
Senecæ Tragœdiæ.
Silius Italicus quinque codices.

A *In XXXVIII. pluteo.*

Statii Thebaïs septem codices.
Statii Achilleis quinque codices.
Statii Sylvæ.
Tibulli quatuor codices.
Terentii 21. codices, antiquior est X. sæc.
Theoduli carmina.

In XXXIX. pluteo.

Virgilii Æneidos 24. codices.
Bucolica novem codices.
Priapeia.
Vegetius.
Ugolini Verini carmina.
Valerius Flaccus quatuor vol.
B Virgilius hic reperitur caracteribus uncialibus rotundis; in cujus septimo folio hæc leguntur: Turcius Rufius Apronianus Asterius V. C. &c.

In XL. XLI. XLII. XLIII. XLIV. pluteis.

Italico Idiomate omnes.

In XLV. pluteo.

Servii in Virgilium duodecim codices.
Senecæ Epistolæ novem codices.
Sexti Frontini de strategematibus.
Sidonii Epistolæ.
Solini Epistolæ.
Tiberii expositio Æneidos caractere Longob.
C Theodorici Regis Epistolæ.
Vegatii Mulomedicina.
Vegetii de re militari.
Volsci Privernatis Comment. in Fast. Ovid.
Xenophon de vita Cyri duo codices.

In XLVI. pluteo.

Quintiliani octo codices.
Roberti Valturii de re militari.
Raphaëlis Brandolini de laudibus Cosmæ Medicei.
Petri Blesensis Epistolæ.
Petrus Crescentius.

In XLVII. pluteo.

Prisciani mss. XVIII.
Palladii duo mss.
D Petri Redtiti exhortatio ad Petrum Mediceum.
Puggii opera multi mss.
Plutarchi quædam Latine.
Polyæni Strategemata.
Phalaridis Epistolæ Latine.
Plinii Epistolæ V. codd.

In XLVIII. pluteo.

Nonii Marcelli 5. codd.
Nicolai Peroti Enchiridion.
Nicolai Tignosii quædam.
M. Tullii Cic. innumeri codices, verum. Orationum omnes.

In XLIX. pluteo.

M. T. Cic. Epistolæ famili. XV. codd.
E Epist. ad Atticum VII. codd.
Aliarum permixtim 2. codd.

In L. pluteo.

M. T. Cic. Rhetoricor. XXII. codd.
De Invent. 8. codd.
De Oratore X. codd.
Orator VI. codd.
Partitiones oratoriæ. 1. vol.

In LI. pluteo.

M. Cato de re rustica 2. codd.
M. Varronis de re rustica 2. codd. de lingua Latina 4. codd.
Macrobius Saturnalia 3. codd.
Martiani Capellæ 5. codd.
Marii Salomonii Oratio ad Priores Florentinos.
Matth. Herculani Encomium in Leon. X.
Marsilii Ficini Epistolæ.

In LII. pluteo.

Leonardi Aretini plurimi codices.
Libanii Epistolæ.
Lancilotti in Columellam.
Laurent. Vallæ.
Boccaccii.
Honofrii de S. Geminiano in Terentium.
Hierocles.
Gasparis Grammatica.
Georgii Vallæ opera.
Galeottus Martius de Doctrina promiscua.

In LIII. pluteo.

Commentatores AuctorumClassicorum & Humanistæ multi.

In LXX. pluteo.

Hesychii de claris viris.

BIBLIOTHECA LAURENTIANA MEDICEA.

Hic Catalogus a duobus Doctis concinnatus fuit.

Pluteus primus a parte anteriori.

I. BIBLIA Hebræa impressa, in folio, nota impressionis cum prima pagina excidit.

II. Elias Mizrachi, seu Orientalis Rector Synagogæ Constant. in commentarium Rasci super Pentateuchum, opus commendatum a Judæis, in quo una cum sacri textus expositione, obscura traditionum Hebraïcarum loca elucidantur. Impressus Venet. in folio anno minoris supputationis 287. Christi 1527. *Supputatio enim minor Hebræorum incipit anno Christi 1240.*

III. Psalterium Græcum, Hebræum, Arabicum, Chaldaicum & cum tribus interpretationibus Latinis; impressum in folo Genuæ anno 1516.

IV. *Mirchebeth hamischene* currus secundarius tit. ex Genesis cap. 41. v. 43. Commentarii absolutissimi in Deuteronomium R. Isaac Avravanelis ben-Judæ.

V. Commentarius in Ecclesiasten R. Samuelis b. Tabbun, codex bonus eleganter scriptus in pergameno: sensum literalem plerumque persequitur, atque inde ad moralem deflectit. Auctor comendatus a Maimonide, & ab aliis Judæis, eidem Maimonidi suppar. Hic Comment. a censoribus codicum Hebr. prætermittitur, quare ineditum puto. Incipit, *Fructus justi arbor vitæ.* Langius existimavit hunc esse titulum libri, eo quod literis majusculis exaratum viderit. Sed omnino principium est, ut ex contentu evidenter patet; & idcirco a librario literis capitalibus descriptum, quod semper in principiis novi argumenti observat. At fortasse idem, & principium, & titulus est, ut in Libris Pentateuchi, etsi id asserendum nulla ex codice, ratio convincat. Cod. Hebr. in perg. in fol. min.

VI. Excerpta ex Manuscriptis & Comment. Abenesræ in Pentateuchum: Totum edidit Bombergius, sed multis in locis depravatum: Latini juris fecit Conradus Pelicanus.

VII. *Liber Kabala* continet Historiam Seniorum per quos Kabbala, seu traditio accepta a Moyse propagata est ad posteros. Codex bonus, ex quo multa ad eruditionem Hebraïcam conferri possunt: Auctor scribitur Abraham Levita; est ille Abraham Levita ben David, qui Kabalam Historicam scripsit, citaturque sæpe a Jo. Buxtorfio in Commentario Masorethico. historico. Cod. manuscrip. in membrana in quarto.

VIII. Explicatio operis quadrigæ R. David bar Joseph Kimchi. Explicat primo quid per currum sacri Auctores intellexerint. Ubi de Prophetia & Prophetis in genere, deinde procedit ad particulares visiones in quibus Deus Prophetis in curru apparuisse dicitur, ubi de celebri visione Ezechielis. Comentarius brevis est.

Sequitur Tractatus ejusdem Historia *Bereschit*, seu in Hexameron ubi de cælo, & mundo, & elementis Commentarius, Philosophicus.

Sequitur alius Tractatus, prolixior antecedentibus, de Anima; qui tamen nomen Davidis non præfert; in hoc agitur de anima & ejus potentiis, & operationibus, philosophica methodo: Dividitur in undecim capita. His nectuntur alia Fragmenta in hoc unum volumen compacta, duo de Legibus, tertium de Deo & ejus attributis. In fine Tabula Astronomica ubi de annis *hammekubbarim*, seu embolismi, numero aureo, de Neomeniis, & quatuor Sectionibus. Sunt tredecim tabulæ, inquit titulus, quas scripsit Magister noster Nachsciun, & continent Cyclum Lunarem. Tabula scribitur anno 5313. a creatione mundi, & anno 377. a consummatione operis.

IX. Ezechiel, & 12. Prophetæ minores Hebraïce, codex eleganter, & nitide descriptus in membr. in quarto, venerandæ antiquitatis; pars Zachariæ, & Malachias totus exciderunt, titulus exterior corrigendus qui Danielem habet.

X. Psalterium Armenum manuscrip. in fol. min. Armenice.

XI. Evangelium Armenum manuscrip. in fol. minori Armenice.

XII. Psalterium Syriacum editionis quam apud viduam Hiericuntinam repertam Origenes quintam vocat, inquit Gregorius Barhebræus. Eamdem contuli cum Hebraïco, & textu Septuaginta, & cum neutro convenire deprehendi. Psalterio nectuntur Cantica Veteris & Novi Testamenti, & aliæ preces dicendæ in quadragesima. In fine carmen S. Ephrem de amne sapientiæ, quod Ger. Vossius edidit tomo secundo operum ejusdem S. Doctoris. Codex optime scriptus charactere Maronitico, & antiquitatis non comtemnendæ, quam his verbis notavit Amanuensis: Finem habuit liber hymnorum David anno 162. Alexandri, scriptus ab Hausciab Peccatore in Monasterio Benedicto Kizchajæ. Hoc Monasterium est in monte Libano in Diœcesi Tripolitana.

Dividit Psalmos in Phetgome, seu Sententias, unde primus Psalmus habet 14. Sententias. Secundus 28. & sic de reliquis. Manuscrip. in quarto.

XIII. Missale Romanum cum suo Calendario ex Latino in Armenum conversum a Gregorio Archiepiscopo Armeno: Illum Gregorium esse puto, qui anno 1512. Armenorum Archiep. Romæ creatus fuit; hunc ille codicem scripsit fortasse ad usum suæ Ecclesiæ Naxivanensis in Armenia, quæ Latinum ritum sequi cœpit circa 1318.

XIV. Liber Esther Hebr. manuscrip. in 16.

XV. *Liber Compositionum*. Hebr. Operis Auctor R. Emmanuel ben Salomonis Beneventanus; expositio in Prov. Salomonis hanc ille distinxit in 28. *Compositiones*. Quibus Ethicam omnem complectitur. Liber docto lectore dignus, impressus in quarto.

XVI. Psalterium Hebraïcum impressum, in decimo sexto.

XVII. *Figura terræ*, Tractatus Physico-Mathematicus de cœlo, mundo, & elementis; dividitur in 10. capita. Pars ultima magni operis Astronomici insignis inter suos Mathematici Abraham b. Chaja; hic tractatus nondum impressus, nec alter de musica; reliqui prodiere Basileæ Lat. & Hebr.

XVIII. Psalmi, proverbia Job, & Daniel. Hebr. in 16.

XIX. Dialogus filii Regis, & Naziri, ex Græco in Arabicum olim conversum, Hebraïcum fecit Abraham Archirabbinus Barcinonensis ben Chasdai, Liber ethicus & Græca Sapientia dignus, cod. manuscrip. olim editus, vide inferius

XX. *Megillat Esther*. Historia Esther Hebraïce optime scripta sine punctis, in octavo oblongo.

XXI. Supercommentarius in Commentarium Abenezra in Legem R. Samuelis Mothotb. Hebr. in quarto, Venetiis an. 314. min. supputationis apud Bombergum.

XXII. Tractatus Philosophici de accidente, de oppositis, de imagine quæ apparet in speculo, cujusdam fratris Germani, cujus nomen non indicatur. His nectuntur alii Ægidio inscripti: primus de divisione prædicamentorum, alter de regimine mulierum physicus: ad hæc tractatus prolixus ejusdem, cujus titulus Historia Genesis, in quo de causa prima, de anima rationali, & ejusdem operationibus, & habitibus; hinc de ipsius elevatione ad cognitionem supernaturalem, ubi de prophetia; qua occasione explicantur quamplurimæ visiones Prophetarum, præcipue. Moysis, Isaïæ, Zachariæ, Manue patris Samsonis. Hæc ultima fere sunt R. Judæ ben Moysis filii Danielis, qui supradictos tractatus collegit, & Hebraïce edidit; codex eleganter scriptus in Perg. in quarto.

XXIII. Psalterium Arabicum, titulus exterior corrigendus, qui habet Chaldaïcum; editionis Melchitarum, nempe Christianorum Syrorum, qui in utraque Phœnicia sunt, & ritum Græcorum sequuntur. Hanc adornavit Theodulus Aben Alfathl Diaconus Antiochenus quingentis abhinc annis, ejusque autographum extat Damasci in Syria. Cum textu Septuaginta ferè concordat; adjecta ad hæc Cantica 10. Veteris & Novi Testamenti hoc additamentum habes fere in omnibus Psalteriis Orientalium Syriaco, Arabico, Æthiopico, & Armenico.

XXIV. *Liber Esther* Manuscrip. in quarto Hebr. multa exciderunt.

XXV. Psalterium Æthiopicum quod Johannes Potken, qui illud edidit Chaldaïcum vocat; sed male. Nam etsi lingua Æthiopica cum Chaldaïca conveniat, alia tamen est, & ab eadem magis diversa, quam Hebraïca, aut Arabica.

XXVI. Aba Achmad in analytica Aristotelis interprete R. Mose ben Tybbun, ut indicat alius manuscrip. a Plantavitio notatus in Bibliotheca Medicæa de urbe; etsi loco Abu Achmad Abu Chamad legar; sed idem omnino est, ut aperte ex nostro codice colligitur, in quo utroque modo appellatum invenio. Arabes tamen constanter Abu Achmad dicunt, quos nos secuti sumus, hic est celebris ille Algazelus inter Doctos Arabas insignis, qui plurima alia Arabice scripsit, quæ deinde Hebraïcam & Latinam civitatem meruerunt, ut videre est inferius. Sequitur alius Arabs Aben Rasciab vulgo Averroës in Porphyrii Isagogen, & categorias Aristotelis, sed & in libros

libros περὶ ἑρμηνείας Anonymo interprete, & in libros Topicorum, quos a quodam Hiſpano in Hetruria Hebraïcos factos fuiſſe notavit Bartoloccius, ex quo hic multa adnotata invenies. Redit Abu Achmad, de anima vegetativa, inquit titulus, ſenſitiva, & humana, tractatus prolixus, philoſophicus, huic nectitur diſputatio de unitate Dei, in qua Chriſtianos mordet auctor R. Samuel ben Tybbun, cui ſubjungitur libellus de reſurrectione mortuorum ſine nomine auctoris, ſed eſt R. Moſes Ægyptius eodem Samuele interprete ex Arabico in Hebraïcum; codex in quarto in papyro, charactere parum eleganti.

XXVII. *Εὐχολόγιον Hiſpanum*, ſeu potius hymni facti ad idem Euchologion ſpectantes, horum auctores ſunt R. Judas Hallevi ben Samuelis Hallevi celebris poeta Hiſpanus Abrahamo Abeneſræ ſuppar, R. Iſaak b. Gheat b. R. Judæ Cordubenſis Archiſynagogus, Moyſes Abenezra, & R. Salomon b. Ghebirol; codex mſc. in-quarto, ſed olim impreſſus cum toto Euchologio Hiſpano Venetus.

XXVIII. Codex continens ſequentes tractatus. Hiſtoria eorum, quæ acciderunt R. Jehuſciah b. Levi, ubi de morte ejuſdem fabella lepidiſſima. Homilia in librum Eſther. Sermo de oratione, in quo ſeptem ejuſdem impedimenta explicantur. Sermo de lege, alius in fabulas Talmud. Sermo de vita Moyſis: alter de morte Aharonis. Libri Tobiæ, & Zorobabelis.

Legatio legis Æthiopiæ ad ſummum Pontificem, in qua multa Chriſtiano nomini injurioſa conficta ſunt, ex officina R. Hedalis Aben Salma hic inſerta: hanc eamdem habes numero 47. plutei ſequentis. Sermo in Oſeam. Sequitur dialogus ethicus doctus, & ſanus filii Regis, & Naziri, interprete Abrahamo bar Chaſdai. Quem ſupra habes n°. 19. in cod. mſc. charactere antiquo Hiſpano: omnia in hoc impreſſa, quantum colligi poteſt ex forma characterum, Conſtantinopoli, nam editionis nota excidit.

XXIX. *Comment. in capitula Patrum.* Tractatus Talmudicus in codice nono quarti ordinis Nezikin. Continens Apophthegmata ſeniorum ad mores componendos, & legis obſervantiam conducentia, in ſex capita diſtinctus. Hæc omnia commentatio illuſtrat author Judas b. Samuel Lerma: corrigendus itaque titulus exterior, qui Abarbanelem habet, cod. Hebr. in quarto impreſſus Venetiis anno min. ſupput. 313.

In pluteo eodem a parte poſteriori.

XXX. Biblia Hebraïca cum Maſoreth uncialibus literis elegantiſſime ſcripta in membranis. In fine: Ego Jacobus b. Joſeph ſcriba poſui hos 24. libros in gratiam R. Moyſis bar Jacob Levi, anno poſt quinquageſimum ſæculum quinquageſimo quinto die undecima menſis Niſan, Aprilis. Concedat Dominus illos in hereditatem tranſmittere filiis ſuis, & nepotibus ad finem omnium generationum. Amen. Amen ſemper.

XXXI. Biblia Hebr. niridiſſime ſcripta a quodam neophyto, ut initium indicat, in folio.

XXXII. Biblia Regia Hiſpanica opera Ariæ Montani edita Antuerp. cum Dictionario Hebraïco-Syro-Chaldaico, & Græco. vol. 8. t. 1.

XXXIII. Tomus ſecundus.

XXXIV. Tomus tertius.

XXXV. Tomus quartus.

XXXVI. Tomus quintus.

XXXVII. Tomus ſextus.

XXXVIII. Tomus ſeptimus.

XXXIX. Tomus octavus.

XL. Codex Evangeliorum Syriacus, vide inferius.

XLI. *Arca fœderis*, MS. Hebr. charactere Hebraïco, agit de creatione mundi, & ejuſdem gubernatione, ubi late de divina providentia contra Epicureos, addit plura de prophetia, & prophetarum oraculis, & exponens prima capita Geneſis tractat de ſitu orbis, de iride, de planetis, aucthor R. Judas b. Joſeph Choraſanenſis, Choraſan eſt regio in Perſide, Sogdiana olim. Dividitur in 22. capita: opus prolixum, nec lectore omnino indignum, & quod mirum videri debet in carcere elucubratum, ut ipſe author notavit in fronte ejuſdem. Extant hujuſce tituli duo alii tractatus; alter Simeonis b. Samuelis; alter Salomonis b. Abraham. Primus agit de Kabbala; ſecundus exponit ad literam variæ ſcripturæ loca, noſter author a Bibliographis codicum Hebræorum prætermiſſus, citatur ab Abrahamo b. Ezra, & Judas Perſa vocatur; ineditum puto.

XLII. *Liber radicum*; auctor eſt B. Joſeph Albo Hieronymia a S. fide celebris Neophyti σύγχρονος, cum quo etiam ſubire coactus eſt publicam diſputationem: hujus συνηγορίαν habes in hoc tractatu, in quo præcipuæ fidei noſtræ myſteria convellere nititur, & Judaïcam ſuperſtitionem ſtatuere, cod. mſc. ſed olim impreſſus Venetiis, & Arimini.

XLIII. *Liber generationum Adam*, Anonymi. Argumentum operis ſui author explicat his verbis. Hic liber generationum Adam conſummatur verbis magnificis, quæ in mentem hominis cadere poſſint, & agit de creatione ſpiritus, de anima, de formatione corporis, & quænam ſit origo, productio, & finis animæ, & corporis, & quodnam principium, & ordo dierum illius vitæ æternæ, & quænam ſit œconomia proba & improba uſque ad finem mortis, & quænam erit corruptio, & quomodo fiat retributio, & pœna, & mortuorum reſurrectio: Tractatus prolixus, & bonus, dividitur in 4. partes, in quibus has materias verſat, & digerit, codex Hebr. mſc. in-quarto.

XLIV. *Scientia animæ.* Tractatus de animæ natura, operationibus, retributione, angelorum cuſtodia eidem deputata, concluſiones ſuas ex Scriptura, & philoſophia plerumque deducit, etſi non ſemel ad fabulas inepte deflectat, quod cum reliquis Rabbinis vitium illi commune eſt. Inſignis res eſt, quam de Angelo Samuele cœleſtis Hierarchiæ ſub finem operis exhibet. Sub initium de myſteriis literarum earumque veritate, plura adducit ex libro Sezira depromta, quæ Reuchlinus edidit. Author eſt R. Eliazar 6. R. Juda. Idem citat R. Abraham videntem, & ejus librum de præceptis: quod notavi in gratiam Bibliographorum Hebraïcorum. Codex mſc. in-quarto.

XLV. Liber Joſue, Judicum, Regum pri-

mus & secundus usque ad censum populi a Davide imperatum, reliqua interciderunt, cod. Hebr. in-quarto nitide scriptus, & optime conservatus in pergameno, satis antiquus, sed quædam folia aliena manu inserta videntur.

XLVI. *Commentarius in Ecclesiasten.* Anonymi eum ejusdem Epistola ad Henricum Regem Galliarum, ex qua tamen satis colligi viderur Authorem esse R. Abdiam Sipbronæum, seu Sphornum Medicum Italum, filium Jacob Sphorni, qui sæculo superiore sub Henrieo III. & IV. scripsit luculenter in Ecclesiasten, & 4. alios libellos, qui Meghilloth dicuntur, nempe Cantica Canticorum, Ruth, Esther, & Hieremiæ lamentationes, cod. msc. sed olim editus Venetiis.

XLVII. *Liber consuetudinum*, seu rituale Judæorum præcipue Germanorum, quorum cerimonias refert, & variis notis illustrat, impressus Rivæ Tridenti, in-octavo.

XLVIII. *Docens scientiam.* Commentarins io Halachot, seu constiruriones juris usu receptas. Hic est tomus secundus decisionum R. Jacob b. Ascher Germani, in quo agit de veritis, & licitis, quæ pertinent ad cibum, & potum, ubi de jugulatione animalium, de inspectione viscerum, de idololatria, de balneis, de muliere menstruata, de vino libaminum & funerum luctu, omnia illustrantur luculento commentario R. Joseph Karo.

XLIX. *Ornamentum Davidis.* Tractatus in Articulos legis Judaïcæ: in fine adducuntur hymni recitandi in solemnitare Circumcisionis, Nuptiarum, & expiationum. Author David cognomento Vitalis b. Salomonis medicus Toletanus & poëta insignis.

L. *Fundamenta religionis.* R. Nisim F. Mosis, filii Salomonis, filii Mosis. Codex msc. in-quarto; agit de articulis legis, qua occasione multa ex Pentateucho adducit, & explanat.

LI. *Fundamentorum fidei* impress. R. Joseph Albo, hujus aliud exemplar habes msc. numero c.

LII. Liber Job, & Esdræ msc. Hebr. in-quarto.

LIII. *Difficiliores quæstiones super Rasci*, seu excerpta ex Commentario R. Salomonis Sarchi in Pentateuchum continentia varias quæstiones Biblicas, & earumdem solutiones ex mente ipsius Salomonis, codex bonus & rarus, in-folio minore, Rabinico charactere, & difficili scriptus, compilatore R. Isahak Levi.

LIV. *Generationes Isahak*, seu expositiones in Pentateuchum Isahak Karo Toletani: titulus ex authoris infortunio natus, ut ipse testatur: amissis enim filiis Hierosolymam profectus, hos commentarios scripsit, & pro filiis habuit. Excusus Riva Tridenti cum præfatione R. Jacob b. R. David Markaria. an. 318. min. supp. in-quarto.

LV. *Expositio Tropologica* in quinque parva volumina impress. in-folio an. 305. min. supputationis.

LVI. Codex Evangeliorum Syriacus: vide inferius.

LVII. Quæstiones & responsa R. Joseph Kolon Galli ab ejusdem discipulis edita. Venetiis apud Bombergium, an. 279. min. supp. subscribitur Alexander de Cari Revisor.

LVIII. Codex Evangeliorum Syriacus, vide inferius.

LIX. *Liber illuminans viam.* Concordantiæ Hebr. sanæ scripturæ R. Mardocai Nathan, in-folio, Venetiis apud Bombergium anno 324. min. supput.

LX. *Liber bellorum Domini*, R. Levi ben Geson msc. Hebr. in-folio: agit de præcipuis articulis fidei, & Philosophiæ, & in 6. partes dividitur, quarum prima varias quæstiones exhibet circa rationalis animæ immortalitatem: secunda tractat scientiam futurorum, & artem divinatricem, in qua multa falsa, & impia congerit: tertia de scientia Dei: quarta de divina Providentia: quinta de coelis, & eorum motu: sexta de creatione mundi. Codex optime scriptus & conservatus: aliud exemplar habes inferius in secundo pluteo nitidissime scriptum. Olim editus Rivæ Tridenti.

LXI. *Liber Raziel magnus.* Liber scriptus ex Arabum scriptis consarcinatus, quem Hebræorum superstitio putavit Adamo ab Angelo Raziele revelatum. Dicitur hic magnus Raziel ad differentiam alterius, qui minor appellatur, & est Abulhaphia Doctor Hispanus, qui Razielem appellari se mavult typho plane Judaïco, de quo tamen inferius.

In eodem volumine excerpta ex lib. Sezira de mysteriis Zirsuph: incipit *viginti duæ sunt viæ.*

Finis primi plutei.

In primo pluteo numero XL. Codex Evangeliorum Syriacus uncialibus literis exaratus, & optime conservatus, editio recentior, quam Thomæ Heracleensi tribuunt quidam recentiores Gregorii Barhebræi auctoritatem secuti, qui in præfatione sui thesauri sic scribit: Novum Testamentum ex Græco in Syriacum iterum conversum est in urbe Mabug in diebus Philoxeni a Thoma de Charkel. At Charkel non est Heraclea quæ semper alio modo effertur, & scribitur, sed pagus in Mesopotamia, & Gregorii testimonio testimonium ipsius Thomæ præferendum est, qui versionem sub Philoxeno adornatam, tantum emendasse se scribit, nunquam vero suæ versionis meminit. Ejusdem confessionem ex codice ipsius Thomæ manu exararo descriptam ad me misit de hac re consultissimus, idemque amicissimus Dominus Faustus Naironus.

Collatus est autem codex iste cum duobus codicibus authenticis: ac liber iste quatuor Evangelistarum ex lingua Græca in Syriacam conversus est perexacte, & magno cum labore, primum quidem in urbe Mabug in diebus Domini mei Philoxeni Episcopi ejusdem urbis; collatus est posthac magna cum diligentia a me Thoma cum tribus codicibus Græcis probatis, & authenticis in Anton. Alexandriæ magnæ civitatis Sancti Monasterii Antonii, ubi etiam illum scripsi mihi ad utilitatem animæ meæ peccatricis, & plurimorum eorum qui diligunt, & quærunt sinceritatem, & *αἰθεντίαν* illam utilem divinorum librorum scire, & servare. Scriptus est autem, & collatus in prædicto loco anno nongentesimo vigesimo-septimo Alexandri. Amanuensis nota in fine codicis: Explicit codex iste Evangeliorum in civitate Orphæ, quæ est in Mesopotamia in Templo Angelorum Sanctorum in eadem civitate Orpha mense Decem-

bri anni millesimi sexagesimi octavi Alexandri, indictione duodecima. Est autem sanctissimi, & Dei amantis, atque venerabilis Domini mei B. Abrahami, qui præest Sancto cœtui Monasterii Sancti Jacobi, quod est in oppido Karmusc, quod est in regione Orphæ, quem codicem sibi adornavit ipse velut in spiritualem utilitatem suam, & eorum omnium, qui illum legerint. Deducta igitur Alexandri epocha ad nostrum computum, scriptus fuit hic codex anno Christi 759. in quem incidit indictio duodecima ab Amanuensi ootata.

Canones Eusebianos, & lectionum tabulam sub initium exhibet, sed hæc adjecta videntur recentiori manu, nec character licet, & ipse perantiquus, ætatem codicis æquat.

Numero LVI. Sacrosancta quatuor Evangelia Syriaca Chaldaïco Stranghelu charactere descripta capitalibus literis in pergameno cum harmonia Ammonii, & Eusebii Epistola. Additæ sunt recentiori manu tabulæ lectionum ad usum Ecclesiæ Maronitarum, quibus respondent ad marginem notæ nova manu adpositæ; aliæ sunt, & ab his diversæ in corpore, ejusdem cum ipso codice antiquitatis, quæ lectionum tempus & ordinem designant; cum illis quæ in Polyglotris exhibentur, oon semper conveniunt.

Nota Amanuensis. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen; qui adjuvit servum suum peccatorem miserabilem, & imperfectum Rabulam Librarium & scripsit. Finem habuit iste codex die 6. mensis Februarii indictione quarta anno octingentesimo nonagesimo septimo Alexandri. Domine da pacem Ecclesia tua in omnibus locis. Scriptus, & completus est hic in Cœnobio Sancto Domus Domini mei Sancti Joannis in Zagba in diebus Dei amantis Sergii Presbyteri, & Abbatis:* Et paucis interjectis, *Quicumque autem legerit in isto codice oret pro Sanctis, & Dei amantibus, & bona memoria dignis Joanne Presbytero Monasterii de Larbic: & Isabuk Diacono de Hainata, qui migrarunt de hoc sæculo ad Dominum, quoniam labore eorum, & eorum opera initium habuerunt hi codices, & pro excellenti Christophoro Lugente, & Martyrio Presbytero ejusdem Monasterii, & Nobili Domino meo Damiano legisperito, de domo Protogenis, qui stetit, & curavit post eos, & in ordinem redegit, & conjunxit, contulit, & posuit eosdem codices in eodem Monasterio domus Domini mei S. Joannis in Zagba.* inferius recentiori manu.

Post mortem Romani Presbyteri, & visitatoris Antiochia datus fuit hic codex Evangeliorum Ecclesia S. Georgii, ut sit bona memoria Presbyteris hisce Romano, & Constantino, & Sociis eorum: et si ædificabitur alia Ecclesia in urbe, hic liber Ecclesia quæ ædificabitur, esto.

Ad initium, & finem codicis notantur varia Legata pia, & Donationes factæ Monasterio S. Mariæ Hannubiis, in quo resident hoc tempore Patriarchæ Maronitarum, aliaque monumenta ad idem spectantia. Præ cæteris insigne est sequens, quod cum Ecclesiasticæ historiæ fragmentum sit ne periret huc transcribendum putavimus.

Anno millesimo quadringentesimo & nonagesimo Seleucidarum, (*Christi* 1179.) die nona mensis Februarii, veni ego humilis Jeremias de oppido benedicto Damalsa ad
A Monasterium sanctæ Dominæ nostræ Mariæ de Maiphuk in Valle Ailig Provinciæ Botoron ad Dominum meum Petrum Patriarcham Maronitarum & proclamatus fui ab ejus sanctis manibus Metropolita super Monasterium sanctum de Chephtun quod ædificatur ad ripam fluminis (*Adonius*); & permansi ibi quatuor annos in diebus Monachorum habitantium in Monasterio, & sunt Monachus Ezechiel, & socius ejus Isahias, &c. Et elapso quadriennio postulavit me regulus Bibli, cum Episcopis, & Ecclesiarum rectoribus, & Presbyteris, ϗ ἔδωκαν κλήρους, ϗ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπ' ἐμὲ, & crearunt me Patriarcham in sancto Monasterio de Chalat: & deinde miserunt me ad Civitatem magnam Romæ, & reliqui
B fratrem nostrum Episcopum Theodorum, qui Gregem regeret, & moneret. Ille Jeremias interfuit Concilio Lateranensi sub Innocentio III. ejus effigies adhuc visitur in Templo sancti Petri in Vaticano, & ejusdem Innocentii ad eundem extat diploma. Nota interim ex hoc testimonio authoritatis ineluctabilis invicte refelli fabulosa cujusdam fratris Griphonii acta, quæ in chronicis Fratrum Minorum circumferuntur, in quibus ab eodem Maronitas Christiana primum sacra suscepisse, cum summa Catholicæ ab immemorabili ævo nationis injuria, vulgatum est: hæc forsan παρὰ τῆς ὁδοῦ. Sed ὅπῃ τις ἀλγεῖ, κεῖσε ϗ τὴν χεῖρ' ἔχει.

Lectionum tituli antiqui variant aliquando a descriptis in tabulis, quas ad initium codi-
C cis adjectas diximus supra, & utrique ab editis in Polyglottis. In his omnibus tamen cultus Sanctorum, defunctorum memoria, sacrorum hominum χειροτονία, jejuniorum, aliique Ecclesiastici ritus laudantur. Hinc præter Ecclesiasticæ traditionis αὐθεντίαν colligitur etiam Syriaci ritus antiquitas, ad cujus Canones ordo lectionum in hoc codice exigitur, nec proinde factas Syrorum ordinationes adeo esse recentes, ut sæculo sexto, quo hic Liber descriptus legitur antiquiores non sint, sicut a nonnullis perperam existimatum est.

Ad hæc Historiam Adulteræ non habet, verba Christi *Eli, Eli lama sabaktani* in textu S. Matthæi non interpretatur, sed solum in Marco, & Luca: deest pericope ex primo cap. S. Matthæi usque ad versum 23. Antiquitas codicis raro aliam parem inveniet cum superet
D millesimum. Annus in subscriptione notatus a Librario fuit Christi quingentesimus octogesimus sextus in quem ferme incidit indictio quarta ab eodem designata sub Pelagio II. Summo Pontifice, & Imperatore Mauritio.

Monuimus supra Evangelici textus distinctionem aliam placuisse Syris, & quidem a Græcis, & Latinis diversam: hæc quidem duplex est, altera per lectiones, altera per oracula, seu Sententias. Prima notatur in corpore textus; secunda ad calcem cujusque Evangelistæ explicatur adjecta epigraphe, quam in editis prætermissam hic reddo.

Finem habuit descriptio Evangelii Matthæi, qui locutus est Hebraïce in Palæstina: in eo autem sunt oracula bis mille quingenta & viginti duo.

E Marci, finem habuit descriptio Evangelii prædicationis Marci, qui locutus est, & præ-

dicavit, & scripsit Romane in urbe Romæ: in eo sunt oracula mille sexcenta, & septuaginta quinque.

Lucæ, finem habuit descriptio Evangelii prædicationis Lucæ, qui Ionice, seu Græce locutus est in magna Alexandria, sunt autem in eo tria millia & octoginta tria oracula.

Johannis, finem habuit descriptio Evangelii Johannis, qui locutus est, & scripsit Ionice in Epheso: in eo autem sunt mille nonaginta & triginta octo oracula. Omnium Sententiarum quæ sunt in 4. Evangelii summa 4224.

Quod Græcis est στίχος, & nobis versus, Syris est phetgoma, nempe Sententia, oraculum, sermo, vox αὐτόχθων, etsi primo aspectu videatur τῶν ἑλληνικῶν κόμματος, & ἀπὸ τοῦ φθέγγεσθαι deducta est; nam Danielis tempore, cui vox hæc frequens nondum Hellenismus aliarum linguarum fines invaserat.

Consulto has epigraphas integras fideliter ex Syriaco retuli, ut vel hinc discant Censores quidam τὴν ἀλαζόνειαν, καὶ τὸν τῦφον deponere; sciantque non adeo novam esse Romanorum sententiam, quod Matthæus Hebraïce scripserit, & Marcus Latinis hominibus Latinum dederit Evangelium, ut jactare possint, quod nullum extat hujus rei apud veteres vestigium præterquam apud Damascenum in vita Petri: habent hic in nostro codice antiquam traditionem, cui etiam consonant alia Syriaca exemplaria quamplurima, atque bis Arabica, e quibus præter illud quod Kirstenius laudat antiquissimum in vitis Evangelistarum, alios duo ex Vaticano & Coptorum editio Arabica, quæ penes nos, dictis consentiunt.

Numero LVIII. Sanctum J. C. Evangelium editionis ejusdem cum superiore Syro Sermone & charactere descriptum cum Canonibus Eusebianis, & ejusdem Epistolæ ad Carpianum; (corrigendus interpres, qui ad marginem Lacrasinum pro Carpiano reposuit) Literarum majestas, scripturæ vetustas, operis forma superioris codicis ætatem æquare videntur, de qua quo minus certi aliquid decernamus, abstulit idem, qui ultimas paginas distraxit ab illis verbis Christi, *regnum meum non est de hoc mundo*. Ne tamen illa periret omnino fecit usus Orientalium omnia familiæ monumenta gravioris momenti in sacris codicibus describendi. In hoc codice sicut in aliis supra recensitis quamplurima exhibentur: unum do ad rem nostram.

In nomine Causæ omnium. Anno millesimo quingentesimo octavo Filii Archipresbyteri Clementis diviserunt inter se menses, quibus ministrare deberent Ecclesiis suis S. Basilii, & S. Lucii, & fuit pars Barsumæ, December, Januarius, Junius & Julius quatuor menses, & Salomonis, & Philippi alii octo menses. Hinc apparet hujus codicis ætas quadringentis annis major, cum Alexandri Epocha hoc anno 1698. numeret annum a secundo millesimo nonum. Sed multo vetustiorem codicem esse ostendit, quæ sequitur, nota. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti accidit terræmotus die .... Aprilis exeunte feria sexta majori, & ineunte Sabbato majori: & continuit, & deposuit maria, & ædes evertit anno 301. sub Imperio Althaziæ ..... sub Præside Damasci Saif ..... Ego Simeon Bar Habaise author hujus notulæ Arabs. Arabum epocha utitur quæ deducta ad nostrum computum hujus codicis ætatem octingentorum annorum dabit. A Præfati Archipresbyteri hæredibus ad Monasterium S. Mariæ de Kannubin translatus ad usum Patrum Maronitarum fuit, ut liquet ex Epigraphe Arabica adjecta.

Censuram horum trium codicum ex Langio desumtam habes in Prolegomenis Bibliorum Londinensium, & in Bibliotheca Orientali Hottingeri, sed utrobique error in supputatione ætatis primi codicis irrepsit, & pro anno Alexandri 1038. annus 1068. suppositus.

PLUTEUS SECUNDUS.

I. Biblia Hebræa cum suis expositoribus, quos inter R. Benjamin de quo sic Piruse, seu expositio literalis Divre iamim, seu Paralipomenon sapientis Raco Benjamin viri Romani faustæ memoriæ. Est brevis commentarius, seu Verius annotationes in eumdem librum: hæc elucubratio una cum suo authore excidit Bibliographis Hebræorum. Apud eosdem invenies Benjaminum Romanum filium Judæ, ejusque meminit Bachut, censeturque author commentarii in Grammaticam Mosis bar Joseph Kimki; sed omnino alius est ab hoc nostro, cum inter utrumque duo fere sæcula intercesserint. In fine codicis: Ego Salomon filius Doctoris Chaldai scripsi hæc cum suis expositoribus in gratiam honorabilis & excelsi Doctoris Benjamin, filii illustris Rabi Menachem, de Kornaldo & complevi hos 24. libros opera manuum mearum, punctuationem, & concordantiam, & expositiones Rasei Abenezræ, David Kimkhi, & Levi ben Gherscion: memoria eorum in benedictione sit mense Casleu (*Decembris*) anni quinque millesimi centesimi quinquagesimi septimi a creatione mundi juxta computum, quem nos computamus, (Christi 1397.) apud Ferrariam, quæ est ad flumen Padum; & numerus quaternionum ad numerum hujus vocis cha ak nempe 115. Benedictus misericors ille, qui adjuvit nos a principio huc usque ad calcem *Alessandro Scipione Reveduor* 1598. Inferius. Ego F. Renatus Mutina Ordinis Capucinorum correxi 1626. Iste Frater Renatus fuit Neophytus, qui relicta Judaïca superstitione, suscepit, & una cum Abrahamo Jaghel Hebræos codices multos, & recensuit, & expurgavit.

II. *Liber lucis*, seu splendoris. Tractatus Cabalisticus inchoatus a R. Simeone 5. Jochai ut ferunt Hebræi, & ab ejus discipulis perfectus. In eo Cabalisticæ artis, & Rabbinicæ Theologiæ fontes aperiuntur, ex quibus infinita illa errorum colluvies profluxit Cabalistarum somniantium, quorum lucubrationes inferius indicatas suo ordine leges. Codex editus Cremonæ apud Vincentium Contium anno mundi 5319. Christi 1559. in-fol. Prodiit deinde cum aliis editionibus Cracoviæ, & alibi, sed nostra editio correctior.

III. *Mekor Chaiim*, fons vitæ; Autor R. Samuel Aben Sena, seu Samuel aben Zartza, utrumque enim nomen usurpat. Est supercommentarius expositionis Abenesræ in Pentateuchum.

chum. Locupletatut animadvetsionibus, seu glossariis R. * Abba; hoc est R. Abrahani ben Ascher Galilæi de urbe Saphet, qui in primos libros Rabbot, seu Genesi, & Exodi scribit: item R. Samuelis aben Tybbon Granatensis, Philosophi Peripatetici, & R. Scem Tou ben Palkera, excusus Mantuæ anno 366. minoris supputationis Christi 1606. studio, & cura R. Samuelis Caziz.

IV. *Visio dura*, liber damnatæ lectionis. R. Isahak filii Mosis filii Meir impressus Sabionetæ anno Judaïco 312. minoris supputationis nostro 1552. in 4o. apud Tob Roach; agit de creatione hominis: Philosophum affectat, & Philosophiam laudat Rambam secutus, Christianis & Mahometanis æque infensus, in utrosque insurgit.

V. *Porta lucis Harrig.* id est R. Joseph Gigatella ab Orientalibus vulgo Hammekubal, seu Kalalilla dictus, scripsit hunc tractatum in quo omnia fere Judæorum Theologiæ arcana explicantur: multa hic habes de divinis attributis, de nominibus Dei, ejusdemque Sephirot. Noster codex est ms. in 4o. sed olim jam sæpe editus Mantuæ, Venetiis, Rivæ Tridentum, & alibi teste Hamezoter de Praga. Liber minime fallens lectorem, & dignus qui a Paulo Riccio Latine redderetur.

VI. *Elucidatio precum*; Multarum aliarum elucubrationum author R. Jehuda b. Moysis, b. Danielis, Philosophus, & celebris scripturarum Scholiastes, scripsit hunc commentarium in preces Judaïcas, quas in Slichot, & Bakkelciot dividit, & erudite exponit: porro cum varii sint pro varietate regionum precandi ritus, & formulæ, noster author Hispanum Machazor cyclum, seu *εὐχολόγιον* sequitur. Nectitur his in eodem compactum volumine volumen alterum, cui titulus:

Commentarius in Hexameron; hujus operis authorem facit Bartholoccius eumd. Schudam, sed fallitur, cum se non authorem, sed interpretem idem Schudas ad calcem commentarii clarissime fateatur. Hanc elucubrationem in indicibus Biblioth. Vaticanæ inter mss. legi, nec alibi editionis locus apparet, quare inedita merito censeri potest, quod vix dubitare possumus de altera expositione precum, quam ante attigimus, cum illa censoribus codicum Hebraïcorum Buxtorfio inquam Plantavitio, Hammester de Praga, & aliis omnibus incognita sit. Quod evidens etiam raritatis nostri codicis argumentum est, cod. ms. in-fol.

VII. *Semita vitæ.* Hujus codicis author est Joseph Karo b. Ephraïm Hispanus insignis Jurisconsultus, & Synagogæ Japhet, cum olim floreret, Archisynagogus qui audire meruit apud suos Mophet Addor, ævi miraculum, quod Nicolai Damasceni olim elogium fuit. Scripserat antea R. Jacob bar Ascer quatuor libros nempe ordinum titulo insignitos, quibus totam Judaïci ritus summam complexus fuerat: hanc eandem methodum secutus noster Joseph Karo totidem volumina edidit in idem argumentum cum scholiis, & animadversionibus in textum ejusdem R. Jacob, titulus itaque primi voluminis, Semita vitæ quem hic notamus, reliquos inferius suo loco. In hac parte prima sui operis ea omnia persequitur, quæ ad ritus sacros spectant, hæc sunt benedictiones, preces, lectiones, solemnitates Neomeniæ, jejunia, & quæcumque alia ad Coronam legis, & Sacerdotis attinent, ut Hebræi Doctores loquuntur. Hæc omnia partim ex traditione Chenelet Haghedola Synagogæ magnæ, partim ex utraque gamara, alia denique ex Mischna, id est, summa R. Hakkadosc, & antiquis Jurisconsultis Judæis consarcinavit, pleraque superstitiosa, & sacro textui contraria. Codex impressus Venetiis in ædibus Pragadini, anno 324. min. supp. in-fol. magno, apud Joannem de Gara characteribus Bombergianis.

VIII. *Pectorale judicis.* Altera pars operis Joseph Karo volumen quartum, in quo agitur de iis omnibus, quæ ad judicia, & forum contentiosum spectant, puta de juramento, de testibus, de contradictoriis, de mandato procurandi, de contractibus emtionis, venditionis, & cætera; ubi plura de solemnitatibus contractuum aliisque ritibus, quæ lectori legere grave minime sit, & adducta a nostris authoribus inveniat. Codex impressus Sabionetæ an. 319. min. supput. in-fol. magno, apud Tob. Phoah.

IX. *Lapis adjutorii.* Volumen tertium Joseph Karo, titulus ex capite lib. primi Regum congruit argumento libri, in quo agitur de uxore, quæ viri adjutorium est, Gen. cap. 2. ubi de matrimoniis, de instrumento dotali, de repudio, de lege fratris defuncti sine liberis, de votis Nazareatus & cæt. Venetiis an. 202. min. supput. eodem Joseph auctore vivente.

X. *Thorator, lex lux.* Titulus exterior corrigendus R. Joseph b. Doro David ben Jachina Lusitani: commentarius in omnes Hagiographos, nempe Psalmos, Salomonis libros, Danielem, Hezram: ex his non pauca edidit, & adnotationibus eruditis locupletavit Constantinus Lempereur ab Oppyck excusus Bononiæ. 298. min. supp. Christi an. 1538.

XI. *Commentarius in primam, & secundam partem Moysis* Bar Majemon. Codex eleganter scriptus, & rarus, sed in secunda parte desunt cap. 44. Author hujus commentarii Salomon b. Muysis b. Salomonis, Bibliographis incognitus, quod evidens indicium est raritatis. In prooemio hæc habes. Expositio quam fecit sapiens perfectus R. Moses bar Salomonis in unam & alteram partem Doctoris perplexorum Rambam, & illam descripsit Isaïas filius ejus cum tertiam partem non potuisset perficere morte præventus. Liber Majemonidis quem hic commentator suscepit exponendum, est, ut habes ex modo dictis, celebris Doctor perplexorum qui ab Authore Arabice scriptus, Hebraïce, & Latine redditus, utriusque nationis ingenia exercuit, quorum studio, & labore in lucem prodiit, sæpissime doctis locupletatus adnotationibus, sed cum in nulla editione appareat noster commentator, ineditum suspicor. In Commentario hujus primæ partis cum authore Commentator tractat de nominibus analogis, & æquivocis, quæ recurrunt in sacris literis & præsertim apud Prophetas, locus sane perutilis. His disputationem innectit de Prophetia, de coelo, mundo, & Angelis. Secunda pars periit exceptis quatuor primis capitulis, ubi de Deo Creatore & Motore.

XII. *Hagiographi*, codex optimæ notæ, &

antiquitatis non contemnendæ, etsi nonnulla desiderentur. Ms. in-fol. min. in membranis.

XIII. *Expositio literalis Psalmorum* Ms. in membranis in 4°. Anonymi charactere Rabbinico Hispano.

XIV. *Selecta Margarita, liber Ethicus*, complectitur Apophthegmata ex Arabum & Græcorum libris decerpta; titulus Arabici commaris Arabem authorem indicat; hic est R. Salomon b. Gbebirol, qui hanc collectionem Arabice scripsit. Hanc deinde celebris Arabicorum librorum interpres R. Moses Aben Tybbun, sive Tabbun Granatensis Hebraïce reddidit. Impressus Cremonæ an. 318. supput. min. Christi 1558. in 4°. apud Vincentium Contium.

XV. *Fons Sapientiæ*, codex in officina Kabalistarum elaboratus, solemni deinde mendacio Archangelo Michaëli inscriptus. Hic est liber, inquit Impostor in prooemio, quem tradidit Angelus Michaël Angelo Sophieli, & Angelus Sophiel Moysi; agit de nomine Dei ineffabili Tetragrammato methodo Cabbalisticis involucris inextricabili. Liber proscriptus, & tenebris damnatus, quem nondum lucem vidisse puto. In indicibus Vaticanæ Bibliothecæ habetur alterum hujus operis exemplar. Huic nectitur in eodem volumine *Paradisus Heden* R. Joseph Pigatellæ. Sequitur *Liber fidei* R. Seem Tob Lugdunensis.

XVII. Lapis Lydius. Auctor Scem Tob B. R. Isaak, acerrimus nostræ Religionis hostis, qui præter alios libros contra Christianorum fidem elucubratos, hunc etiam scripsit, quem in aliquot tractatus partitus est, atque in hoc Judæis suis notas exhibere se jactat, quibus velut Lapide Lydiu veram a falsa religione discernere queant. Huc pertinent ea, quæ de adventu Messiæ congerit ex scripturis, quod præcipuum hujus operis argumentum videtur, ut inde Christianos erroris redarguat, & Judæorum alterum Messiam exspectantium persuasionem statuat. His subjicit apologiam pro Josepho Kimchi contra quemdam Magistrum Alphonsum, quem Religionis desertorem per ludibrium vocat. Hic impugnaverat librum Belli ab eodem impio Joseph contra Religionem Christianam conscriptum; ejus itaque πρόμαχον in hoc opere se sistit: scriptor flammis adjudicandus. In fine nonnulla exciderunt.

XVIII. *Expositio literalis currus Ezechielis*, Anonymi ms. in 4°. in eodem compactum volumine. Fons sapientiæ de quo supra no. 15. ms. in 4°. huic nectitur in idem argumentum tractatus R. Simeonis, in quo de futura felicitate & restitutione Judæorum plura, ms. in 4°. sed olim impressus cum sex aliis tractatibus de Kabala.

XIX. Targum Chaldaïcum cum Onkelos in Pentateuchum eleganter scriptum in membranis, exciderunt capita 22. ex Genesi.

XX. *Lumen intellectus.* Auctor R. Abraham Hispanus, qui inter Arabes versatus Arabicum cognomen Abulhafia invenit, celeberrimus Kabalista imo famosus impostor: vide dicenda inferius, ubi de ejusdem commentatione nobis sermo recurret; quod attinet ad præsentem tractatum is fuit a suis maxima cum admiratione exceptus, & elaboratis commentariis illustratus: agit de nomine Dei, quod ineffabile dicunt, consueta Kabalistarum metho-
A do, qua unice fortasse displicebit, reliquæ lectorem non male occupaverint. Ms. alterum exemplar invenio in sæpe laudatis indicibus Bibliothecæ Vaticanæ in eodem volumine.

Liber unius. R. Ab. b. Meir Abenezræ; tractat de virtute numerorum ab uno ad decem. Subsequitur in eodem codice *Corona nominis boni.* Dividunt Hebræi totum Pentateuchum in 54. Paradcias, seu sectiones ex quibus capitula decernunt singulis anni Sabbatis legenda in Synagogis. In capitula scribit stylo oratorio, & eleganti commentaria, seu homilias noster Author Icem Tov bar Abraham b. Jehuscah, bar Icaul, bar Mosceh, bar David, bar Abraham b. Gahon. Noster cod. ms. est, sed olim editus fuit Venetiis an. Christi 1601.
B Præmittitur Tractatus eodem titulo insignis in 10. Sephirot, seu perfectiones divinas ex penu Kabalistarum a quodam Anonymo erutus.

XXI. *Quæstiones & responsa* Nissim filii Ruben Gerundensis: codex ms. in 4°. anno 5222. a creatione, sed olim excusus Romæ & Constantinopoli Selimo imperante.

XXII. *Lances justitiæ*, seu statera justa; liber ethicus ex Arabico in Hebraïcum sermonem conversus a celebri codicum Arabicorum interprete R. Abraham b. Chasdai. Autor Arab Abu Achmad Algazelus, de quo supra. Dividitur in 32. sectiones, argumenta Moralia tractat, & multa in laudem sapientiæ congerit, quam esse definit ultimam hominis felicitatem, paucis deinde ad fidei articulos digre-
C ditur, ms. in pergameno.

XXIII. *Liber creationis, mas oscuro que las Soledades de Gongora*, & ob suam obscuritatem Thesaurus clausus a suis admiratoribus appellatur Auctor est R. Achiba juxta saniorem sententiam, etsi Patriarchæ Abrahamo ab imperita Judæorum fabula tribuatur. Ex libris Sezira, & Zoar, quotquot de Kabala scripserunt, quorum plurimi in hoc indice recensentur, tamquam ex turbido fonte biberunt Theologiam suam, ad quam lectores suos ducere contendit author triginta duabus semitis, quas in 22. literis Alphabeti, & in decem Sephirot constituit. Sæpius editus, & quidem in Parisiensi editione Hebraïce & Latine. opera & studio Gulielmi Postelli. Nostra editio locupletissima in qua ultra ipsum textum Sezira habes ejusdem commentatores, Harravad, R.
D Abraham b. David, Harraman hoc est R. Moysen Botril, Harramban, hoc est, R. Moysen b. Nachman, Eleazarum de Garnysa, & R. Saadiam Hagaon cum duplici præfatione altera Harravad, altera Harramau in 4°. apud Jacobum Cohen.

XXIV. *Expositiones literales in Prophetas posteriores.* Nempe Isaïam, Jeremiam, Ezechielem, 12. minores, & in libros Job, Samuelis, & Regum. Omnes sine nomine authoris, sed expositio in Jeremiam & Ezechielem est R. Salomonis, etsi ejusdem nomen non præferat: illa in Samuelem omnino non est Rasci, sed alterius posterioris, cum idem citetur in prooemio, sub initium habes fragmentum commentarii in lib. Judicum. Liber Job ultimus est in codice, codex in 4°.

E XXV. Expositio literalis currus Ezechielis: prolixo commentario illustratur primum caput

ejusdem Propbetæ: in eodem volumine binæ dissertationes brevissimæ altera, in Isagogem Porphyrii, altera in Aristotelis Categorias, ubi de prædicamento substantiæ tantum, codex Hebr. msf. in 4°.

XXVI. *Lux populorum*. Complectitur varias conclusiones, & Theologicas, præcipue circa Dei Providentiam, adversus Epicureos, & de anima. Dividitur in 15. quæstiones, auctore R. Abdia, Sphornii, excusus Bononiæ anno a creatione 5327. Christi 1588. in eodem volumine תורה אור Lex lux, ejusdem R. David b. Sechia. Tractatus Theologicus de immortalitate animæ, & vita beata; de Paradiso Terrestri, de justorum præmio, & iniquorum pœna in sæculo futuro. Imolæ scriptus, & excusus Bononiæ an. 5298. a creatione.

XXVII. *Vexillum Amoris*, cum expositione Anonymi: titulus desumtus ex Canticis 2. 3. Putat Bartolocius esse R. Samuelis b. Helchanan de Arkavolti. In editione tamen nostri codicis, quæ Veneta est anni Judaïci 311. dicitur tantum inventus in Bibliotheca ejusdem Samuelis, sine nomine authoris, & expositoris. Libellus Ethicus de contemtu mundi stilo elaboratus Venetiis an. 5311. in eodem volumine sine nomine auctoris & expositoris: constitutiones usu receptæ de mactatione animalium pro cibo R. Meir Rotenburgensis. Excusus Ferrariæ.

XXVIII. *Epistola animalium*, Kalonimo ex familia Kalonimon interprete, qui ex Arabico in Hebraicum transtulit, quem ex Græco in Arabicum verterat Abu Altapha, & ex Arabico Turcicum fecerat Amani. Liber Latinis non displicebit, qui tot nationibus placuit, si accuratum interpretem inveniat. Excusus Mantuæ, in-quarto. In prooemio operis. Scias, inquit interpres, hanc esse partem ex magno, & prolixo opere Arabico; translationem absolvisse se dicit anno 5076.

XXIX. *Basilica orantium*, hymni Hebraïci ad ritus Judaïcos spectantes cum interpretatione Italica R. Samuelis de Castro novo, quibus subjicitur supplicatio in die circumcisionis juxta ritum Judæorum Romanorum, codex Hebr. msc. in-16. sed olim excusus Venetiis. In fine fragmentum scutellæ argenteæ R. Samuelis.

XXX. *Ordo precum*, seu Ευχολόγιον Hispanum Venetiis anno 5306. in-16.

XXXI. *Quæsita & responsa legalia* R. Meir ben Baruch. cod. Hebr. excusus Venet. an. 316. min. supp. & alibi inter Commentarios Rav Alphes opera, & studio R. Mordacai: ex his, inquit titulus, decerptæ sunt magna ex parte, Animadversiones in libros 14. Hajiad R. Moysis Ægyptii quas R. Meir Hacohen tribuit auctor Juchaiin.

XXXII. *Liber candidus*, seu illustris, & splendidus, hoc titulo nequaquam indignus. In quo plurima mysteria de adventu Messiæ, aliisque Christianæ veritatis articulis explanantur; Auctor R. Nechonia b. Hakkanna celebris inter Hebræos doctor. Hunc floruisse nonnulli ferunt ante Christi adventum, alii tamen eidem superstitem faciunt, & Apostolo Paulo σύγχρονον. Ineditus, ex quo tamen plura a Kabalistis citata, ac pervulgata reperies, cod. msc. cum præfatione R. Eliezer b. Orkanos, cod. Hebr. in papyro, in-quarto.

XXXIII. *Tabernaculum refugii*, Lexicon. Synonymorum R. Salomonis b. Abraham b. Samuelis de Urbino. Excusum Venetiis anno 5308.

XXXIV. Tractatus de festis Judæorum cum tabulis Tekuphot, & Hibbur Anonymi. In eodem volumine Gemmæ electissimæ de quo supra... msc. in-quarto, caret principio, & fine.

XXXV. *Epistolæ familiares* variorum. Insignis est Epistola R. Israelis Hierosolymitani ad Abrahamum Petoli, & ad eumdem altera Raphaëlis ex eadem urbe, msc. in-quarto.

XXXVI. *Obligatio cordium* Authore R. Bechai Haddaian. Judæus Arabs Arabice scripsit, ex Arabico R. Judas b. Saül Aben Tybbon Granatensis hanc Hebraicam editionem adornavit. Liber Theologicus, in eo insignis locus de præstantia animæ rationalis, & alter de mundi contentione & amore Dei, cod. Hebr. impressus Cremonæ an. 5316.

XXXVII. *Liber lucis*. Tractatus Kabalisticus Anonymi nunquam excusus, inquit Plantavitius, cod. msc. in pergameno, in-quarto.

XXXVIII. *Liber splendoris*, est pars secunda operis Raïsbi, vide supra. Sequitur, *Liber mysterii*, tract. Kabalisticus.

XXXIX. *Fons hortorum* in 5. canales effusus. Quinquaginta Epistolæ familiares, quarum viginti quinque habent adnexas responsiones; liber Philologis scriptus eleganti, & elaborato stylo a R. Samuele Arkavolti. Cod. Hebr. impressus Venet. anno 313. Christi 1553. in-octavo. In eodem volumine *Usus psalmorum* verius abusus psalmorum; libellus ab ipsis Judæis damnatus ad profanos, & superstitiosos usus, verbo Dei abutens, ex quo nonnulla Curatus quidam in Gallia edidit in suo tract. de Geomantia, & cæt. Sequitur *Testamentum Judæ Hechasid*, continet varia præcepta circa sepulturam defunctorum aliaque legis observantias, libellus brevis, & ineptus. Refert fabulam de Angelo percussore levante gladium in aqua *prostante in domo mortui*. Ad hæc *volumen Epistolarum* inventum in manu cujusdam Hispani, inquit Titulus, in eo paradigmata Epistolarum exponuntur ad usum juvenum discentium & sunt numero 112. de quovis argumento. Huic nectitur commentarius brevis de constructione carminis Hebraïci; ad hæc exordia, & prooemia, quibus uti liceat scribenti ad viros cujusvis gradus, & dignitatis, & alia usurpanda occasione festorum currentium. Cod. imp. Venet. cum præfatione R. Scelomo filii Samuelis. Sequuntur *arcanum captivitatis, expositio literalis*, Libri R. ut R. Isahak Hacohen F. Joseph. Item. *Liber gestorum* in quo ad confirmanda varia Ethica dictata afferuntur plura exempla ex penuario Hebræorum depromta Ferrariæ an. 312. In eodem *iter viarum scientiæ*. Grammatica Moysis Kimchi F. Joseph, & fratris D. Kimchi cum scholiis Eliæ Levitæ Germani, cod. msc. sed olim editus Romæ, & cum versione Latina Basileæ a Munstero.

XL. Decerpta ex Talmud, cod. Hebr. in-octavo msc.

XLI. *Liber lucis*, titulus exterior corrigendus. Tractatus Kabalisticus de nominibus Dei, vide supra numero XXXVII. scriptus an. 5086. a creatione. In eodem volumine ex-

positio literalis curnis, commentarius in primum caput Ezechielis cum paraphrasi Chaldæa Jonathan b. Uzielis. Sequitur *Janua mysteriorum* expositio Kabalistica super psal. 19. R. Theodori Levitæ, msc. Habes aliud exemplar in Biblioth. Vaticana. Item *Porta justitiæ*, Tractatus de usu matrimonii; & alter de mysteriis Kabalæ, & aliæ quæstiones de spiritibus, de oratione, de embolismo, de pœnitentia, de oblatione, de vestibus sacerdotalibus, cod. Hebr. msc. in-quarto. Absolvi hæc omnia, inquit Amanuensis, cujus nomen de industria deletum est, mense Theber anno 381. min. supp. a creatione.

XLII. Codex Hebr. in quo continentur varii tractatus alia, atque alia manu exarari, atque in unum volumen compacti, primus *Porta Cœli*, fragmentum R. Abraham Abenesræ de aquis, quæ super coelos sunt, de Angelis, & eorum substantia, & immaterialitate, de materia cœlorum, eorumque incorruptibilitate, brevissime, & per lemmata, sequitur tractatus prolixus, in 11. capita distinctus sine titulo, sed apparet ex contextu quod sit *fundamentum legis*, tractatus insignis, & doctus ejusdem, ad quem spectare potest præcedens fragmentum; in hoc ex professo de Masoræ & Gamaræ authoribus, aliisque argumentis ad legem spectantibus. Ad marginem habes doctas adnotationes anonymi, ex quibus, tum etiam ex ipso contextu, ostenditur authorem hunc tractatum scripsisse in Anglia.

Fundamentum Arithmeticæ, in quo explanantur hujus scientiæ principia, in quinque gradus dividitur tractatus brevis ejusdem Abenesræ.

Quæstiones propositæ ipsi a quodam David b. Joseph Narbonensi, quarum solutionem rescribit hic idem Abenesra.

Ænigmata, & parabolæ ejusdem, item fragmentum in titulum Proverbiorum Salomonis, & ejusdem libri Synopsis.

Commentaria in Allegorias Abenesra, seu in expositionem Allegoricam ejusdem in aliquas parascias, seu sectiones Pentateuchi, ad hæc:

Comment. in libr. Abenesra de arcano formæ literarum, tractatus plane Kabalisticus, de quo hæc in titulo Amanuensis nota. Ioveni hoc supra in parte 3. ex scriptura illius sapientis Eliezer de Norcia. Hic est commentarius Sefer Tomunat illius sapientis Abenesræ; ex quibus an hic commentarius adjudicandus sit ipsi Eliezer, lectori judicium esto. Item:

Tractatus de nomine glorioso, & terribili illius sapientis Abebesteir Hispani ad Isahak ben Juda principem, & ad Abraham ben Chaiim.

XLIII. *Expositio in parascias Legis*, seu Pentateuchi, sunt autem Parasciæ, seu sectiones Pentateuchi 54.

XLIV. Gemmæ electissimæ, lapis Lydius, obligatio cordium, omnia in unum compacta volumen: vide singula suis locis, ad hæc *Epistola probationis*, seu examinationis sæculi R. Ab Abonirh. Agit de vanitate sæculi. Excusa Venet. an. 306. Ibidem, & eodem anno reliqua impressa sunt, sed obligatio cordium anno 308.

XLV. Expositio in librum Job, cui nectitur fragmentum in primum caput Geneseos. Sequitur Epistola Didascalica Ethica R. Judæ b. Sciaul Aben Tabbun ad filium suum Samuelem de Oeconomia, msc. Hebr. in-quarto. Hujus Samuelis libellum de unitate Dei, & alium de resurrectione mortuorum ex Arabico Majemonidis in Hebraïcum conversum habes in pluteo primo.

XLVI. *Carmina de regimine corporis, & animæ.* R. Scem Thou bar Joseph b. Palkeræ libellus Ethicus, & Medicus, in quo aliam Epistolam Didascalicam scripsisse se dicit, quæ fuit impressa Pragæ: cur hæc in eadem editione prætermissa fuerit nescio, nec alibi editam scio. Epistola supradicta de regimine corporis, & animæ in 16. cap. dividitur, in quibus præscribit regulas tuendæ valetudinis.

In eodem volumine carmen de spiritu Aben Esræ, in quo sapientem alioquin auctorem plane desipuisse videtur. Ut enim olim Lucianus Lucernarum in coelo nocturna convivia, & conversationes finxit; sic iste animarum, quæ nocturno tempore cælum conscendentes, hominum actiones Angelis referant. Hic tamen a suis Judæis Chacam, hoc est, κατ' ἐξοχὴν Sapiens, appellatur. Sanior Libellus, qui sequitur in eodem volumine:

Lauda anima mea, R. Bechai b. R. Joseph. Colloquium inter autorem, & animam suam, in quo proposita severitate divini judicii eamdem ad meliorem frugem adducit. In eodem volumine.

Scutella argentea R. Joseph Hazovi poëtæ insignis Hispani, carmen egregium, in quo docet filium suum nuper uxoratum domui suæ bene præesse, & suorum domesticorum curam habere: continet 113. versus metricos ad numerum Siclorum, quos ponderasse docet Liber numer. cap. 7. vers. 13. Scutellam argenteam a Nachason oblatam.

XLVII. *Epistola viarum mundi*, seu sæculi, Liber Geographiæ universalis ex nostris Autoribus collectus a R. Abraham b. Mordachai Avenionensi cognomento Perysul. Ab his tamen non semel deflectit, & in fabulas dilabitur quas ex itinerario R. Benjamin hausit. Insignis est illa de regno Israëlitarum in partibus interioribus Africæ, & flumine Sabbathio, & ut ipse scribit Sambathio, & de politia 10. Tribuum, quas Salmanasar Rex Assyriorum in captivitatem duxit, & ut ipse ait Alexander Magnus intra portas Caspias altissimo muro conclusit. Cod. manuscrip. sed olim editus Ferrariæ.

XLVIII. Pars altera Libri Zohar cum adnotationibus Latinis, usque ad finem totius operis. Sequitur Liber Cnsri tractatus ingsinis; Arabice primum scriptus fuit ab Isahaco Alsangiari (perperam alii Almangari,) Sangiar autem Urbs celeberrima in Mesopotamia & ab Ulug Beigo in tabulis Geographicis in eadem Regione collocatur in latitudine gradus 36. & longitudine gradus 76. deinde Hebraïce redditus est a celebri Arabicorum operum traductore R. Juda Aben Tabbun. Dialogus doctus inter Regem Cozri, & Judæum, qui Chaver, hoc est sapiens, dicitur, & Regi Cozri Judaïcæ religionis articulos suadere nniritur, ac tandem persuadet. Editus fuit a Jo. Buxtorfio filio cum notis, quas illi ministrarunt variorum in eumdem dialogum scholia. Nota interim nomen Chozri non Persarum

ſarum Regem indicare, ut idem Buxtorfius credidit, & alii ejus autoritate ducti, ſed quorumdam Tartarorum, quorum regio Geographis Arabum dicitur Chozr, aut Chozar, ejuſque regionis incolæ Chozr, aut Chozari: de quibus agit autor libri, *Elenchi mirabilium Albupheda* Apamea Princeps, & in ſuo Canone Abu Richan Albaïruti, non Albiruni, ut male Bravius in præfat. ad lectorem in binas Tabulas Geographicas, unius puncti defectu allucinatus. Biruni enim portentum eſt, non nomen. Bairus vero eſt Urbs Phœniciæ Maritimæ, quæ antiquis Beritus celebre emporium, & ſapientum tum Græcorum, tum Arabum Licæum. In Tabulis Perſicis Noſair Alcuſæi legitur *Belengiar* eſt ſedes Regis Chozr in latitudine gr. 46. 30. longitudine gr. 85. 20.

XLIX. *Conciones, ſeu Homiliæ in Pentateuchum* anonymi: cod. Hebr. manuſcrip. in-quarto.

L. *Viſio dura* R. Iſahac Atama, cod. Hebraïcus impreſ. Sabionetæ an. 5312. vide ſupra.

LI. *Expoſitio literalis in Eccleſiaſten.* Commentarius prolixus anonymi. Huic nectuntur diſſertationes duæ *de intellectu agente, & paſſibili*, cujus aliud exemplar extat in Biblioth. Vaticana.

LII. *Ordo precum*, ſeu, *Εὐχολόγιον* & *ἀνθολόγιον* Hiſpanum, in quo impia quædam contra Chriſtianam Religionem in Officio diei Purim. Sequuntur in eodem vol. capitula Patrum; de his vide ſupra cod. Hebr. manuſcrip.

LIII. Altera pars Libri Zohar, cui nectitur liber candidus, de quibus ſupra. Item:

Tractatus de punctis anonymi opus inextricabile, & irremeabilis error. Syrus auctor tractans hoc idem argumentum nuncupavit Librum hunc, *Rete punctorum* profecto adeo prolixus, adeo irregularis, & varius eſt totus iſte apparatus punctuationis Orientalium, Hebræorum inquam, & Syrorum, ut rete quoddam merito dici poſſit ad laqueum, & torturam diſcentium excogitatum.

LIV. Synopſis Legum Imperatorum Sinenſium, cod. impreſſus Sinicus.

PLUTEUS TERTIUS.

I. *Pentateuchus*, cum Commentario Raſci & cum Paraphraſi Chaldæa uſque ad cap. XII. Numer. Item, *Liber quinque voluminum* cum Commentariis: deſcriptus manu Salomonis b. R. Chaſdan. Cod. Hebr. manuſcrip. vetuſtiſſimus, & nitide ſcriptus in fol. magno.

II. *Pentateuchus* cum Paraphraſi Chaldæa, & Comment. Raſci, & Moyſis b. Nachman Gerundenſis, & ſcholiis R. Iſahak Abuhab. Adhæc:

Quinque parva volumina cum Comm. Raſci apud Bombergum, & Haphtarot. ann. 5308. Venet. in folio.

III. *Pentateuchus* ſcriptus charactere Teutonico cum paraphraſi Chaldæa, & Comment. R. Salomonis Jarchhi; cum variis Lectionibus utriuſque ſcholæ ben Aſcher, ac ben Nephtali & cum Haphtaroth, & Meghillot. In fine Amanuenſis notat: ſcripta ſunt hæc ab Iſahak b. Menachem Hanikdam qui & puncta adjecit die 24. menſis Adar, hoc eſt Martii, anni a creatione 4051. in gratiam R. Matthiæ Garaſi. Cod. Hebr. manuſcript. in ſolio pap. majori. Utinam ille tantam ſaperet antiquitatem quantam oſtentat iſta ſuſcriptio, cujus ſola authoritas antiquam de vetuſtate punctorum Hebraïcorum litem magna ex parte componeret; quapropter in annorum nota ſuſpicor mendum, & pro quinto quattum ſubrepſiſſe, aut de induſtria ſubſtitutum ad augendum codici pretium, cujus doli non leve etiam indicium eſt in eadem ſubſcriptione lituræ. Suſpicor, inquam, loquendo de ipſo textu ſcripturæ, nam quantum ad Commentarium Raſci repuguat evidentiſſime ætas ejuſdem, qui ſæculo duodecimo ab Incarnatione vivere cœpit natus anno 1105.

IV. *Deuteronomium Haphtharot*, & *Meghilloe*. Cod. Heb. pervetuſtus, cui recentiori manu adjecta videntur puncta. In Membr. in-quarto.

V. *Tractatus Medicus* R. Juda, qui & Dominus Leo apud ſuos audit. Cod Hebr. manuſcrip. in-quarto, in pap.

VI. *Expoſitio Literalis, & moralis*, in Pentateuchum: opus inſigne R. Levi b. Gherſciom, ſæpe editum Piſauri, deinde Venetiis. Noſter codex manuſcrip. in membranis antiquiſſimus, & ipſo Gherſcionide vivente exaratus; ut patet ex nota Amanuenſis: complevi, inquit, hunc codicem die 23. Sciabat h. e. Februarii anni 98. milleſimi ſexti. Abſolvit autem hunc commentarium idem Gherſonides anno 5090. qui fuit Chriſti 1330. ut docet auctor Suchaſin: ex quo licet plurimam laudem conſecutus ſit, pleriſque tamen ſuſpicionem fecit de ſe proditæ religionis, quaſi fidei doctrinam Philoſophorum authoritati poſthabuiſſet. Ex hoc manuſcrip. & ex altero ſupra recenſito multi errores corrigi poſſent, qui in editis irrepſere.

VII. Codex Latinus in quo continentur 1°. Epiſtola R. Samuelis Marochitani de adventu Meſſiæ contra Judæos ad R. Iſahak Archiſynagogum in eodem regno. Ex Arabico in Latinum vertit Alphonſus Bonhomius Hiſpanus, Ord. Prædic. & Hugoni Magiſtro Generali ſui Ordinis inſcripſit: Incipit, *Conſervet te Deus frater.* Olim edita etiam Italice in eodem vol. Nicolai Lyrani adverſus Judæos diſputatio de Chriſti adventu: Incipit, *Quæritur utrum per ſcripturas a Judæis receptas, &c.*

Evangelii defenſio adverſus blaſphemias cujuſdam Judæi, ejuſdem Lyrani: Incipit illis verbis Apoſtoli *potens ſit exhortari.* Exarata Veronæ anno 1428. a quodam fratre Michaële de Provincia Coloniæ.

De reſtitutione rerum ablatarum: Scoti.

De Baptiſmo tractatus Franciſci de Maytonis, & ſic conſtanter ſcribit, non Maronis, ut alii, cujus ſunt etiam ſermones:

1. Super *Miſſus eſt*; Incipit: *quia inſtante devotiſſimo tempore Adventus.*

2. De Articulis fidei.... *Optandum eſt.*

3. De S. Agatha. *Verba iſta ad literam dixit Angelus Raphaël Tobiæ.*

4. De Gratia. *Quia in divinis Sermonibus.*

5. In Feſto Corporis Chriſti. *Tria ſunt præconia*: ad hæc Landulphi, & non Ludolphi, ut alii volunt, Saxonis Carthuſiani ſequentes Sermones.

1. In Cant. *Magnificat.. hoc eſt Canticum*: In idem alius Sermo anonimi. 2. de Mortuis.

3. in Feſto Conceptionis, ſeu Sanctificationis V. M.

4. In ſecunda Dominica Adventus.

5. In tertia Dominica Adventus.

6. De tentatione Christi.

7. Omnia sunt manu exarata anno fortasse supra notato, partim in membranis, partim in papyro. Cod. in 4°.

VIII. *Expositio totius scripturæ*, codex Hebr. R. Salomoni Jarchi inscriptus: continet autem commentaria in omnes Prophetas priores, hoc est Pentateuchum, Josue, Judicum, Samuëlis, & Regum Libros. In Hagiographos, hoc est, Job, Ruth, Psalmos, Prover. & Cantica Cant. Threnos, Daniel, Esther, Esram, & Ecclæsiastem. Desunt reliqui in Nehemiam, & in lib. Chronicorum, qui ad classem pertinent; præterea omnes Prophetas posteriores, hoc est, Isaiam, Jeremiam & Esechielem 12. Minores. Sed nota primum expositionem in 12. Minores non esse Rasci, sed Joseph Karo, qui in titulo nominatur: item Commentarium in Danielem esse Sahadiæ cujus nomen etiam præfert: rursus Comment. in Isaïam, & reliquos Proph. Minores non esse Rasci. Contuli cum aliis exemplaribus; est omnino diversus; sicut etiam alter in Ecclesiasten, & Esther. Omnia manu exarata nitide, & eleganter in membranis: in aliquibus tamen paginis, ob nimiam vetustatem fugiente jam atramento, multa vix legi possunt: nota excidit ætatis, cod. in-fol. optimæ notæ.

IX. Responsa Nissim Gerundensis, cod. Heb. impressus Romæ anno 5305. in 4°.

X. Pentateuchus cum paraphrasi Chaldæa, Masora parva, Meghillot, & Haphtharot cum Scholiis anonymi, codex elegantissime exaratus in membranis, & vetustissimus omnium quotquot huc usque recensui. Scriptus enim fuit ante annum 238. ex quarto millesimo qui fuit Christi 498. in civitate Alexandria ut colligitur ex nota temporis cujusdam contractus appositi in ultima pagina. Textus scripturæ notatur punctis, & accentibus, qui vetustatem codicis æquare videntur.

XI. *Commentarius Rasci* in lib. Josue, Judicum, Samuelis, & Regum, & in Prophetas omnes posteriores, excidit ultimum caput Malachiæ. Cætera nitide scripta in membranis, in-folio parvo; sed aliqui versus ex nimia vetustate deleti omnino legi non possunt. Omnia in lucem prodiere Hebraïce, & aliqua etiam in Latinum conversa sunt.

XII. *Doctor Perplexorum* Rambam, inextricabili charactere exaratus in membranis, Hebraicus ex versione R. Samuelis B. Thabbun cum ejusd. Commentario in voces exoticas ab eod. Rambam in hoc opere adhibitas. Codex antiquus in pergameno, & bonæ notæ, qui ut ipse deprehendi in multis, ab exemplaribus jam editis dissentit.

XIII. Pentateuchus, Meghillot, & Haphtharot cum notis, & Scholiis collectis ad verbum ex Radack Rabah Razi, Rambam & aliis. Venetiis ann. 1307.

XIV. *Pentateuchus* cum paraphrasi Chaldæa, codex Hebr. pereleganter exaratus in membr. in 8°.

XV. *Doctor perplexorum* Rambam, cum Commentario Ephodæi, & R. Scem Tov. excusus Sabinnetæ ann. 5313.

XVI. Glossa R. Jacob Bahal Haturim in Scripturam, impres. Venetiis 5304. in eodem volumine.

Incessus seculi R. Josua Levi. Ad hæc:

A *Aditus doctrinæ* R. Samuelis Hanaghid, impres. Venetiis ann. 303. minoris supputationis.

PLUTEUS QUARTUS.

AUTHORES GRÆCI.

I. Mf. membr. antiq. Actus Apostolorum cum Scholiis antiquis.

Epistolæ Catholicæ Apostolorum cum argumentis, & Scholiis antiquis.

Epistolæ B. Pauli cum Scholiis antiquis, desunt nonnulla in fine. Codex X. sæculo scriptus est.

II. Membr. antiq. D. Basilii expositio in Isaïam Prophetam in medio, & in fine nova manu suppleta.

B III. Membr. Athenagoræ Atheniensis Philosophi Christiani liber de Resurrectione.

Stephani Byzantini de urbibus, & populis per ordinem alphabeti digestis. Codex hic scriptus est Venetiis sumtibus Magnanimi Laurentii de Medicis anno a Nativitate Domini 1492. Martii 31. manu Joannis Rhosi, Presbyteri Cretensis.

IV. Membr. antiq. Sermones, sive Homiliæ variorum SS. PP. in aliquot Festa Sanctorum mensis Septembris, Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, & Martii Videlicet:

Septembris.

Andreæ Archiepiscopi Cretensis encomium in Nativitatem Supersanctæ Deiparæ.

C Joannis Monachi Damasceni Sermo in Nativitatem Supersanctæ Deiparæ.

Andreæ Archiepiscopi Hierosolymitani in semper venerabilem Nativitatem Sanctissimæ Deiparæ.

Ejusdem Sermo in eamdem ostendens eam ex semine David descendere.

Ejusdem Sermo in natalem diem Immaculatissimæ D. N. Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, & demonstratio ex sacra historia diversisque authoritatibus, quod ex semine David descendit.

Sophronii Archiepiscopi Hierosolymitani Sermo de Exaltatione venerabilis Crucis, & sancta Resurrectione.

Pantoleonis Presbyteri Monasterii Constantinopolitanorum Sermo in eamdem.

Encomium venerabilis Crucis margini adscriptum est Chrysostomi.

D (line continues from above)

Sermo in venerabilem Crucem, atque vivificam.

Vita, & Gesta, & Martyrium Sanctæ Matris nostræ Sosannæ.

Laudatio Conceptionis S. Præcursoris & Baptistæ Joannis.

Novembris.

Pantaleonis Diaconi magnæ Dei Ecclesiæ enarratio præstantissimorum Miraculorum S. Michaëlis Archangeli.

S. Patris nostri Theodori Studitæ Testamentum.

Naucratis ad persecutionem patientes propter Christum, & qui ubique in dispersione sunt spiritualibus Fratribus, atque Patribus.

E S. P. N. Archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi encomium in magnum martyrem Romanum.

S. P. N. Joannis Chryfoftomi encomium S. Martyris Barlaam.

S. P. N. Germani Archiepifcopi Conftantinopolitani in ingreffum, five Præfentationem Sanctiffimæ Virginis Deiparæ.

S. P. N. Procli Archiep. Conftandoopolitani eneomium Sanctiffimæ Deiparæ Mariæ, quod legitur in quavis ejus Feftivitate.

Georgii Metropolitæ Nicomedienfis Sermo de ingreffu, five Præfentatione Sanctiffimæ Deiparæ.

Decembris.

Vita S. P. N. Joannis Damafceni confcripta a Joanne Patriarcha Hierofolymitano.

Georgii Metropolitani Nicomedienfis Sermo de Conceptione Sanctiffimæ Deiparæ.

S. P. N. Joannis Archiepifcopi Conftantinopolitani Chryfoftomi Sermo de fugiendis fpectaculis, & de Abrahamo: legitur in Dominica Sanctorum.

Danielis Prophetæ vifiones.

Joannis Archiepifcopi Conftantinopolitani Chryfoftomi de Beato Philogonio, qui de Caufidico Epifcopus factus eft.

Athanafii Archiepifcopi Alexandriæ Sermo de defcriptione, & de S. Virgine & Deipata Maria, & de Jofeph.

Sermo in Nativitatem Domini Jefu Chrifti.

In eamdem Sermo, forte Chryfoftomi, ut adnotatum eft alia manu.

S. Gregorii Nyffæ encomium S. Protomartyris Stephani.

Ejufdem in Natalem Domini & in infantes in Bethlehem ab Herode interfectos.

Januarii.

Amphilochii Epifcopi Iconii in vitam, & miracula S. P. N. Bafilii, Archiepifcopi Cæfareæ Cappadociæ.

Sermo in octava diei Circumcifionis D. N. J. C. & laus brevis in Bafilium Magnum.

Vita, & Gefta S. P. N. Sylveftri, qui fuit Epifcopus Romæ.

Gregorii Epifcopi Neocæfareæ Thaumaturgi Sermo in Theophania.

S. P. N. Joannis Archiep. Conftantinopolitani Chryfoftomi Sermo in S. Theophania.

Vita & miracula Sanctæ Matris noftræ Dominicæ.

Martyrium S. Martyris Tatianæ.

Februarii.

Joannis Chryfoftomi in Hypapanten, feu Præfentationem Servatoris & Deiparæ, & in laudem Simeonis.

Cyrilli Hierofolymitani in eamdem.

S. P. N. Joannis Chryfoftomi Encomium S. Meletii Epifcopi Antiochiæ.

Sermo comprehendens primam, & fecundam, & tertiam venerabilis capitis Præcurforis Inventionem.

Martii.

Vita compendiofa, & Encomium S. Theophanis Sygrianenfis.

Vita S. Alexii Viri Dei.

Martyrium S. Hieromartyris Bafilii Presbyteri Ecclefiæ Ancyranæ.

S. Gregorii Archiepifcopi Neocæfarienfis Encomium in Annunciatione Sanctiffimæ Dei-
A paræ, & femper Virginis Mariæ.

Expofitio Actuum Apoftolorum prævio argumento, & textu, forte Theophylacti.

VI. In pap. antiq. Enarratio brevis, paraphrafis fpecie, in Epiftolas Pauli compofita a Theophylacto Archiep. Bulgariæ.

VII. Membr. antiq. Anaftafii refponfiones e Sacra Scriptura & SS. Patribus excerptæ ad interrogationem quorumdam Orthodoxorum. Prima quod eft fignum perfecti Chriftiani, ultima cujus figuram & imaginem repræfentet Ecclefia Catholica. Duæ priores paginæ nova manu fuppletæ funt.

Dialogus SS. Bafilii & Gregorii Theologi.

Theodori quædam ex libro de S. Trinitate.

De Apparitione Domini ex Apoftolicis con-
B ftitutionibus, Eufebii ex Chronicis.

Jo. Damafceni de Macedonibus ex Ecclefiaftica traditione.

Epiphanii de LXXII. Prophetis & X. Propheriffis.

Ejufdem de XVI. quomodo & ubi mortui funt. Poft Hieremiam fuccedunt, quæ dicuntur Paralipomena Hieremiæ Prophetæ, & in fine de Elia Propheta Thesbite.

De Chriftianis Imperatoribus XLVII. indiculus a Conftantino Magno ad Alexandrum.

VII. In membr. Anaftafii Refponfiones pleniori Patrum authoritate demonftratæ ad interrogationes Ortodoxorum quorumdam de diverfis capitibus. In hoc codice ultima eft,
C quid fignificent illa quatuor animalia, quæ dicit Daniel de mari afcendentia, videtur deeffe finis.

VIII. Ant. & optim. membr. S. P. N. Bafilii Archiepifcopi Cæfareæ Cappadociæ moralia, feu Homil. 43. quibus adjicitur Epiftola ad Gregorium Theologum; poft Homiliam ad juvenes, quomodo ex Græcis libris utilitatem capere poffint pag. 369. leguntur hæc alia manu exarata, Jofephi Hieronomachi Superfanctæ Deiparæ cognomento Evergetidis, feu Benefactricis, Peccatoris, & Coprocanthari.

Martyrium SS. Euftratii, Auxentii, Eugenii, Buftæ & Mardarii, quod feftum celebratur die XIII. Decembris juxta Genebrardum in Calendario Græcorum, deeft finis.

IX. Membr. ant. & opt. S. Bafilii Homiliæ, & Epiftolæ quædam cum prævio indice.

D X. Memb. antiq. Ecloga & Synopfis Bafilicorum LX. librorum cum allegationibus fecundum literarum elementa, cum Scholiis quibufdam: præmiffus eft index totius operis.

XI. Pap. Andocidis oratio de Myfteriis, ejufdem de fuo ipfius reditu, de pace cum Lacedæmoniis adverfus Alcibiadem.

Ifaei vita, & orationes XI. quarum prima de Cleonymi hereditate.

Dinarchi contra Demofthenem.

Ejufdem contra Philoclem.

Antiphontis vita & orationes, quarum prima de veneficio contra novercam.

Lycurgi adverfus Leocratem

Gorgiæ Encomium Helenæ, & Apologia pro Palamede.

Alcidamantis Ulyffes contra Palamedem.

E Lesbonactis de bello Corinthiaco.

Ejufdem oratio exhortatoria.

XII. Mſſ. pap. S. Athanaſii Confeſſio Catholicæ fidei quam dedit ad Julium Papam Romæ, & alia.

Hymnus te Deum laudamus, Græce.

Expoſitio trecentorum decem & octo Sanctorum PP. divino ſpiritu congregatorum contra Paulum. Samoſatenum. S. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini interpretatio in ſymbolum, ejuſdem expoſitio fidei cum fragmento quodam Anonymi.

Definitio Sanctæ, & Oecumenicæ Conſtantinopolitanæ ſextæ Synodi.

Aliæ quædam expoſitiones fidei ex primis Græcis Synodis.

Juliani Cardinalis Angeli ſuper quæſtione utrum licuerit aut liceat addere in ſymbolo vera, nec ne, ex interpretatione Nicolai Græcorum interpretis.

Sequuntur alia ex actis Concilii Florentini.

S. Thomæ Aquinatis ſolutio ſermonum fidei adverſus Cantorem Antiochenum.

Leontii Scholaſtici Byzantini ſcholia ab ore Theodori amiciſſimi Abbatis, & ſapientiſſimi Philoſophi, tum in divina, tum in ſæculari Philoſophia.

De Sectis Hæreticorum ac Synodo Chalced. in X. actiones diſtincta. Excerpta ab Epiſtolis Sancti Baſilii cap. XXII.

Sanctiſſimi Patriachæ Conſtantinopolitani Joannis Becci inſcriptiones ab ipſo collectæ de proceſſu Spiritus Sancti, & Gregorii Theſſalonicenſis Palamæ contrariæ ſcriptiones, & contradictiones, Beſſarioniſque Nicæni adverſus Palamæ contradictiones.

Collectio mirabilis variarum ſententiarum SS. PP. ad probandum Spiritum ex Filio eſſe. cap. XV.

Epiſtola Joan. humilis ad a Deo honoratum, & divino ornatum zelo Jordanem Archimandritam de hymno triſagio, ad margine manu Ludovici Beccatelli adnotatum eam eſſe Damaſceni.

S. P. N. Joannis Damaſceni dialogus inter Manichæum, & Orthodoxum de duobus rerum principiis.

S. P. N. Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ ſermo de fide, cui ſubjiciuntur quædam alia de baptiſmo.

S. P. N. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini Epiſtolæ tres de Spiritu Sancto ad Serapionem Epiſcopum.

S. Cyrilli Alexandrini ad Hieremiam de conſubſtantialitate Trinitatis. In fronte hujus codicis legitur: Ludovicus Beccatellus Bononienſis, Archiepiſcopus Raguſinus, & Præpoſitus Pratenſis, Medic. Bibliothecæ dicavit. M. D. LXIX.

XIII. Membr. Baſilii minimi Cæſareæ Cappadociæ ad Chriſti amicum D. Conſtantinum cum Georgii Marceſii & aliorum expoſitione in S. Gregorii Nazianzeni orationes in Natalem Domini, in funere S. Baſilii Magni, in ſancta lumina, finis deeſt.

Hiſtoriæ fabulares, primæ initium deſideratur, liber deſinit in titulo vigeſimæ tertiæ.

XIV. Memb. D. Baſilii Epiſtolæ quarum priores ſex, & initium ſeptimæ deſiderantur.

D. Gregorii Nazianzeni Epiſtolæ 277. initium deeſt, & finis.

XV. Memb. Baſilii & Gregorii Theologi ſelectio ſcripturalium quæſtionum, & ſolutio-
A num e diverſis voluminibus ab Origene elaboratis in pugillaribus: ab horum altero Gregorio Theologo ad Theodorum Epiſcopum Tyanæum miſſa cum Epiſtola ad eumdem cujus initium ἰερὶ ἢ τὰ γράμματα: hæc ſelectio in fine vocatur Philocalia contra Celſum.

XVI. Memb. Clementis de peregrinationibus, & prædicarionibus Petri, ad Jacobum Epiſcopum Hieſolymitanum Epitome.

S. Anaſtaſii reſponſiones ad quæſtiones ſibi propoſitas a quibuſdam Orthodoxis de diverſis capitibus: a Nicephoro perſcriptus eſt menſe Octobri indictione prima anno 6585. & ex adverſo paginæ legitur, obdormivit in domino ſanctiſſimus Pater noſter D. Antonius qui in hac ſublimi, & Deo amabili inſula Pa-
B normo aſceticam vitam exercuit, quæ & Antigoni dicitur: qui & cellulam in vertice hujus ædificaverat menſe Novembri die quinta hora noctis ſeptima anno 6570. Chriſti 1062. indictione prima.

XVII. Membr. S. Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ oratio de jejunio.

S. Joannis Chryſoſtomi de adventu Domini N. J. C. & de communi Reſurrectione.

Ejuſdem in vanam vitam, & de compunctione animæ.

Ejuſdem in reliqua pſalmi L. complementum de pœnitentia.

Ejuſdem in eum qui incidit in latrones.

Ejuſdem in filium prodigum.

XVIII. Memb. S. Baſilii Hexameron ini-
C tium deeſt.

S. Gregorii Nyſſeni ad fratrem ſervum Dei Petrum Epiſtola.

Ejuſdem de Philologia, de hominis generatione.

Ejuſdem ad ea, quæ dubitantur in Hexamero, & Apologia pro divinæ memoriæ Baſilio fratre ſuo: initium hujus tractatus deſideratur.

XIX. Memb. antiquiſſimus S. Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ moralia ſive homiliæ, XXXVII.

XX. Membr. S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini adverſus idola.

De Incarnatione Verbi, & corporali ad nos ipſius adventu.

De corporatione Dei Verbi.

De Unigeniti Verbi Incarnatione contra
D Arium, & Apollinarium.

De Incarnatione Chriſti, & adverſus Apollinarium.

De ſalutari manifeſtatione Chriſti & adverſus eumdem.

Adverſus omnes hæreſes.

Epiſtola ad Epictetum Epiſcopum Corinthi adverſus hæreticos.

Expoſitio fidei.

Liberii Archiepiſcopi Romæ ad Athanaſium Epiſtola & hujus ad eum reſponſio.

Tomus, ſeu Epiſtola ad Antiochenos Epiſcopos.

De æterna exiſtentia Filii, & Spiritus cum Deo, & adverſus Sabellianos.

Quod unus ſit Chriſtus.

Epiſtola ad Adelphium Epiſcopum, &
E Confeſſorem contra Arianos.

Epiſtola ad Maximum Philoſophum.

In

In ea Evangelii verba *Abite in castellum quod contra vos est.*

Confutatio simulationis Meletii, & Eusebii Samosateni circa consubstantiale.

Ad Epictetum Epistola, quæ superius adnotata est, sed ea titulo, & tribus ad finem versibus mutila est.

In ea Evangelii verba, *qui dixerit verbum contra filium hominis dimittetur ei, qui vero dixerit contra Spiritum Sanctum non dimittetur.*

In Passionem Servatoris.

De Interpretatione psalmorum ad Marcellinum.

XXI. Pap. Marci Eugenici imago dormitionis S. Ephrem Syri, & alia de Martyribus coronatis.

Anastasii Archiepiscopi Antiocheni de rectis secundum nos veritatis definitionibus sermones.

S. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ contra Sabellium, Arium, & Anomœos.

Ejusdem adversus eos qui calumniantur, nos tres deos dicere.

Cyrilli Alexandrini ad Anastasium, Alexandrum, Martinianum, & reliquos Orthodoxos Patres Monachos.

Ejusdem Anathematismi XII. cum oppositionibus Theodoriti, & Responsionibus Cyrilli unà cum explicatione.

XXII. Pap. Sententiarum diversarum SS. PP. liber divisus titulis X.

XXIII. Membr. Athanasii Alexandrini homiliæ sive tractatus varii, iidem fere qui continentur in codice XX. hujus plutei, quamvis præpostere positi, postremi quinque desiderantur.

XXIV. Pap. S. Basilii Magni de utilitate ex libris Græcorum capienda.

Isocratis orationes, scilicet:

Ad Demonicum exhortatoria.

Ad Nicoclem de regno.

Nicocles vel socialis.

Helenæ encomium.

Evagoras Encomium Busiridos adversus Sophistas.

Plataïca Æginetica adversus Lochiten, adversus Euthymium.

Oratio funebris in eos qui bello occubuerunt a nonnullis attributa Demostheni.

XXV. Membr. S. Basilii Magni oratio ad juvenes de utilitate ex libris Gentilium capienda.

XXVI. Pap. Arsenii Archiepiscopi Monembasiæ Apostolidæ violaria compositio ad Leonem X. P. M. continens adagia Græcorum cum variis sententiis, & expositionibus Poëtarum, & Philosophorum Græcorum, juxta rationem Alphabeti.

XXVII. Membr. S. Basilii Magni de Spiritu Sancto, cap. XX.

Adversus impium Eunomium.

Oppositiones contra defensiones Eunomii.

In Hexameron homiliæ.

Gregorii Nysseni Physiologia mundi, & de iis, quæ hominis creationem præcesserunt, prævia ejusdem Epistola ad Petrum fratrem suum.

Basilii M. in illud *In principio erat Verbum.*

Adversus Sabellianos, Arium, & Anomœos; finis deest.

XXVIII. Membr. Antiochi Monachi Monasterii Abbatis Sabbæ ad Eustathium præsulem Monasterii *Attalines* civitatis Ancyræ in Galatia. De vitiis, & virtutibus capita CXXX. Postremi capitis finis desideratur, & alterum quod in indice inscribitur, De oratione, seu confessione, quod deberet esse in ordine centesimum trigesimum primum.

XXIX. Membr. Acta Apostolorum cum Epistolis Catholicis, & D. Pauli cum argumentis & scholiis antiquis, & interlineari Latina versione in Epistolis.

XXX. Membr. insignis, Acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ, Epistolæ S. Pauli & Apocalypsis Joannis Evangelistæ: finis nova manu suppletus est.

XXXI. Memb. Acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ & S. Pauli.

XXXII. Membr. Acta Apostolorum, quibus præmittuntur Iambici morales per ordinem alphabeti. Ad finem leguntur Archoteliæ Apostoli, id est, principia, & fines lectionum B. Pauli secundum Sabbatha & Dominicas.

Dorothei Tyri Episcopi Hieromartyris, (qui sub Licinio Martyrio affectus est,) brevis vita, & ejusdem tractatus de 72. Discipulis, & 12. Apostolis ubi unusquisque eorum prædicavit.

Subjicitur expositio de octo rationibus vitiositatis, hoc est, de octo vitiis capitalibus. Sequuntur Acta Apostolorum cum Argumentis Epistolæ Canonicæ, & D. Pauli, & Apocalypsis S. Joannis.

Lexicon Apostoli, id est, Libri qui continent Epistolas Apostolorum per ordinem Alphabeti, cui subnectitur Lexicon Evangelicum S. Cyrilli.

XXXIII. Membr. S. Basilii Magni de utilitate ex Libris Græcis capienda.

Lysiæ Oratio Funebris in eos qui bello ceciderant.

Demosthenis, ut quidam ferunt, Oratio; in eos qui bello occubuerant. Dionis Chrysostomi de regno Orationes II.

Oratio sine titulo.

Dionis Chrysostomi de Homero.

De Socrate I.

De Socrate II.

Agamemnon sive de regno.

Nestor.

Achilles.

Platonis Menexenus sive Epitaphius.

Timæi Locrensis de Natura Universi.

PLUTEUS QUINTUS.

Auctores Græci.

I. In membr. antiq. Octateuchus, seu Liber continens Pentateuchum Moysis, Josuam, Judices, Ruth. Quatuor Libri Regnorum, Paralipomena, Esdræ primus (qui nobis est tertius inter apocryphos) Esdræ secundus (qui nobis est Esdræ primus, & secundus, & incipit *In anno:* definit *Deus meus in bonum*) Machabæorum primus, in quo prima decem capita (prout in nostris libris enumerantur) desunt unà cum initio cap. XI. Principium sumit ab iis verbis, quæ nobis sunt in cap. XI. n. 34. *Statuimus.*

II. In membrana. Canones varii cum expositione Balsamonis, Zonaræ, & aliorum, scilicet:

Expositio Sacrorum & Divinorum Canonum Sanctorum Apostolorum, & Sacrorum universalium Conciliorum; quin etiam localium, & particularium, & reliquorum SS. PP. Item declaratio obtinentium, & non obtinentium legum quæ continentur XIV. titulis, qui Canonibus premittuntur jussu Imperatorio, & Patriarchico elaborata a Theodoro Diacono Sanctissimæ Dei Majoris Ecclesiæ, Nomophylace, Chartophylace, & primo Blachernarum, Balsamone post aliquot temporis nato, & Patriarcha Theopholeo Magnæ Antiochiæ, & Orientis universi. Codici huic præmittuntur index accuratus articulorum a Patriarcha Photio compositus, & heroïci versus Sanctissimi Patriarchæ Theodori Balsamonis in Nomocanonis expositionem ab ipso factum, quæ hoc libro continetur, in calce ejusdem codicis habetur epilogus supradicti Balsamonis in Nomocanona Iambicis versibus, & de ordine secundum sedem Metropolitanam, & Archiepiscoporum prout in Chartophylacio descripti erant.

III. In membr. antiq. decimi sæculi. Clementis Alexandrini Stromaton libri viij. quorum initium primi, & ultimi finis desideratur.

IV. Impr. in pap. Biblia Sacra vulgatæ editionis edita Romæ anno ab Inc. 1594. jussu Clementis VIII. Latine.

V. In membr. Psalterium Davidis cum Canticis aliorum Prophetarum. Libellus supplicationum, & precum.

VI. In membr. Horologium, sive ordo Officii recitandi.

VI. In membran. Cyrilli Alexandrini in Esaïam Prophetam, incipit a cap. XVII. ejusdem Prophetæ, *Onus Damasci*: & progreditur usque ad ultimum.

VII. In pap. Lexicon Græcum dictionum collectarum ex variis utriusque divinæ vocis libris, & aliorum quoque Scriptorum. In calce hujus libri verba hæc adjecta sunt. *Descriptus est hic liber ab exemplari valde quidem mendoso, sed veteri*: anno enim sexies millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto scriptus esse videbatur in fine, cum annus nunc sit sexies millesimus nongentesimus octogesimus secundus. Auctorem vero, & collectorem operis dicere non licuit: Inscriptio libri nullum prafert; at in prima pagina scriptum erat majoribus literis rubris, Antonii; cujus vero & unde, & quo tempore, fuisset nihil omnino.

VIII. In membrana. Collectio expositionum in Isaïam Prophetam e diversis S. Patribus, & Doctoribus composita ab Archiepiscopo Cypri Domino Nicolao. Codex hinc incipit ab Esaïæ cap. decimo-septimo in quod desinit tomus alter ejusdem formæ numero 6. hujusce plutei. Spectabilis est quoque, ubi multa Sanctorum Patrum loca sunt, quæ alibi non extant.

IX. Catena Sanctorum Patrum in IV. majores Prophetas, cui singulis libris præmittuntur Senarii Græci in laudem Prophetarum, aureis quadris characteribus exarati. Erant & icones Prophetarum, sed omnes præter unam Hieremiæ mala manu sunt ablatæ. Scriptus videtur a *Niceta* quodam, ut ex iis versibus, qui Esaïæ Prophetiæ præmittuntur satis apparet. Hi Latine redditi sic sonant.

Hæc quæ coronam pacis, & sedes habet
Forma Nicetas edidit pulcherrima
Fideique tessera, lytrum & animæ ut esset suæ.

X. In pap. Fragmentorum Homerici Centonis sine principio.

Martyrium S. Agathæ Virginis & Martyris, sine principio.

Martyrium S. Luciæ Virginis & Martyris.

Jo. Geometræ carmen Iambicum in Sanctum Christi Martyrem Panteleemonem.

Georgii Pisidæ Diaconi Constantinopolitani carmen Iambicum.

Notitia de Samaria incerti auctoris.

In Orationem Dominicam incerti auctoris.

In Dormitionem Meletii Episcopi.

Domini Eugenii Monachi Nicolai Hydruntini.

Jo. Crassi, & aliorum carmina; videntur scripta tempore Friderici Imperatoris, ut ex Joannis Hydruntini carminibus contra Palamam probari videtur.

Excerpta quædam ex Chrysost. Basilio, & aliis in Sanctorum Patrum statura.

XI. In pap. Dionysii Areopag. de cœlesti Hierarchia.

Ejusdem de Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem de Divinis Nominibus.

Interjecta sunt Scholia quædam libri de Symbolica Theologia.

XII. In pap. Dialogus evertens orationem, quam scripsit Dominus Demetrius Cydonensis contra Dominum Nilum Cabasilam Thessalonicensem.

XIII. In mem. antiq. Dionysius de cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchia, & de divinis nominibus: omnia cum interpretatione & expositione S. Maximi, & Scholiis quibusdam Joannis Philippi Itali.

XIV. In membr. Comment. in psalmos anonymi, incipit a Psalmo 72. qui Hebræis est 73. & desinit in 112. qui Hebr. est 113.

XV. In membr. S. Cyrilli Archiep. Alexandrini Glaphyra sive in Pentateuchum.

XVI. In pap. Christodulus Monachus, sive Joannes Cantacuzenus contra Palamam Hæreticum.

Ejusdem Tractatus alius sine titulo.

Ejusdem hymni in Verbum Dei.

XVII. In pap. Psalterium Davidis, & Cantica Prophetarum: absolutus est anno mundi 6911. Christi 1403.

Hymni sacri, & preces rituales Græcorum, præmissæ sunt in membrana orationes aliquæ.

XVIII. In membr. antiq. Psalterium Davidis cum Canticis Prophetarum: principium cum fine deerant, sed recentiori manu suppleta sunt.

XIX. In pap. S. Dionysii Areopagitæ ad Timotheum Episcopum Ephesinum de divinis nominibus cum scholiis antiquis.

Ejusdem de cœlesti Hierarchia.

Ejusdem de Hierarchia quæ secundum nos est, seu de Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem mystica Theologia ad Timotheum Episcopum.

Ejusdem Epistola ad varios.

S. Gregorii Nazianz. Apologeticus, & aliæ

ejusdem orationes, habetur in fine annus. 6939. Christi 1431.

XX. In membrana. Lexicon Græcum vetus.

Lexicon dictionum Octateuchi, Regnorum, Psalmorum, multa desiderantur in fine, quæ forte subrepta sunt.

XXI. In membrana. Psalterium Græcum manu Fr. Bernardi Monachi Dominicani, filii Bartholom. Bartolisci de Florentia. Codicis hujus characteres notandi sunt, imitantur enim quodammodo Hebraicos.

Psalterium Davidis Hebraico charactere exaratum.

XXII. In membrana. Collectio Canonum Ecclesiasticorum, qui dividuntur in 50. titulos, vulgo Nomocanon, id est, brevia summaria in Canones Conciliorum.

Index eorum, quæ continentur in hoc volumine, habetur in prima pagina manu Ant. Augustini Episcopi.

Nonnulla alia ad Nomocanonem pertinentia, quorum finis deest.

XXIII. Psalterium Davidis cum Precibus & Hymnis Græcis. Incipit a tertio Psalmo. Videntur deesse non pauca in fine, & initium nova manu suppletum est.

XXIV. In membrana. Clementis Alexandrini Pædagogus.

XXV. In membrana. Psalterium Davidis cum Canticis Prophetarum manu Georgii cujusdam cognomento Flammengi.

XXVI. In pap. S. Dionysii Areopagitæ de divinis nominibus cum Scholiis Andreæ cujusdam, scriptum videtur anno 1410. & in fine libri hujus, nomen apparet Georgii cujusdam Pappadopuli.

Ejusdem de Cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem de mystica Theologia, & Epistolæ X. manu Nicolai Meletii, anno 6856. Christi 1348.

XXVII. In pap. cod. optimus. Catena in Job variorum SS. PP. cum Commentariis Olympiodori, Polychronii, Methodii, Origenis, Chrysostomi, Severi, Juliani, Didymi Episc. desunt aliqua in principio.

XXVIII. In papyro. Psalterium Davidis impressum Venetiis in domo A. Manutii.

XXIX. In pap. Theodoreti Quæstiones in Vetus Testamentum ad Hypatium, deest finis.

Ejusdem historia de vitis SS. PP.

XXX. In membr. Psalterium David cum expositione S. Athanasii, aliorum Prophetarum Cantica, & Orationis Dominicæ expositio.

Tabula Paschalis ab anno 6510. usque ad 6521. præmissus est Psalterio tractatulus quidam summarius omnium Psalmorum sine principio & fine, in fine quoque adjecta sunt Scholia nonnulla in Psalmos eodem charactere, atque initio.

XXXI. In membr. Eudoxiæ Augustæ centones Homerici de Miraculis Christi Servatoris, deest principium & finis.

XXXII. In pap. S. Dionysii Areopagitæ de Cœlesti Hierarchia, de divinis nominibus, de Ecclesiastica Hierarchia, interjecta sunt Scholia quædam in lib. de Symbolica Theologia, cum ejusdem Epistolis.

Commentaria in lib. de divinis nominibus manu cujusdam Græci Presbyteri. Scholia in libros prædictos.

Polycratis Diadochi Episcopi Ephesini ex

A Epistola ad Victorem Diadochum, & Episcopum Romæ, & Clementis Presbyteri Alexandrini ex ejus Sermone qui inscribitur: *Qui dives servatur*, & Philonis Judæi de Christianis, qui ex Circumcisione in Ægypto fidem Christianam amplexi sunt, simul & Monasticam vitam ex ejus libro qui inscribitur de vita contemplativa, sive de supplicibus, & de iisdem ex Eusebio Pamphili.

XXXIII. In membr. pap. Psalterium David.

Ordo recitandi Officium juxta morem Ecclesiæ Græcæ.

XXXIV. In pap. Psalterium David.

XXXV. In pap. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini de Trinitate ad Hermeam, & de Aduratione in Spiritu & veritate ad Palla-

B dium in forma Dialogi cum præfatione.

XXXVI. Nicolai Sacerdotis Tarentini disputatio inter Græcos & Latinos. Ejusdem tractatus de sanctis Imaginibus.

Ejusdem quod non deceat introducere mulieres in Presbyterium quemadmodum Latini faciunt.

Ejusdem caput de Processione ex libro S. Augustini.

Ejusdem quod Dominus in azymis Sacramentum non instituerit, & in eamdem rem citat Hierosolymitani Patriarchæ Sermonem, quem conscripsit colloquiis habitis Hierosolymæ cum Philosopho Latino. Sophronii Patriarchæ Hierosolym. Epistola Synodica.

De corporea œconomia, sive Incarnatione

C Filii Dei.

Gregorii Theologi ex ejus oratione de Filio secunda, deest finis.

XXXVII. In pap. Apollinaris, & Joannis Geometræ metaphrasis Psalmorum carminibus hexametris, in quibus scripsit etiam Eudocia Augusta, & iambis Dorotheus Hierosolymitanus.

XXXVIII. In membrana. Octateuchus, sive Pentateuchus cum libris Josue, Judicum, & Ruth cum picturis historiam repræsentantibus.

XXXIX. In membrana. Psalterium David.

XL. In pap. Joannis Zonaræ Monachi, & Magni Drungarii vigiliæ. Collectio Canonum Apostolicorum, & Conciliorum Generalium cum Commentariis ejusdem.

De Constitutionibus Monarchicis, & nup-

D tiis Joan. Constantinopolitani, & aliorum Decreta cum arbore consanguinitatis ad finem.

Michaëlis Athaliotæ Procoss. & Judicis juridica quædam, quorum deest finis.

Dictionarium, quo Latina Juris verba Græcis explicantur. Si quis exactiorem hujus codicis quærat indicem, legat eum, qui Latino Sermone præfixus est eidem in prima pagina.

PLUTEUS SEXTUS.

AUCTORES GRÆCI.

I. Impress. in pap. Evangelium sanctum Domini N. Jesu-Christi scriptum a quatuor Evangelistis, Matthæo scilicet, Marco, Luca, & Joanne, Romæ in Typographia Medicea characteribus Arabicis ann. 1590.

E II. Ms. membr. Liber Evangeliorum Dominicalium & Festorum, seu quatuor Evangelia,

quæ per Hebdomadas ordinata in Græcorum Ecclesiis annuatim leguntur, cum notis Musicis interlinearibus perpetuis, accentibus, gravi, acuto, & circumflexo rubrica notatis. Liber pervetustus, sed a Feria quarta XVII. Hebdomadis, usque ad finem recentiori manu suppletus; Georgii cujusdam cognomento Longi Sacerdotis, & ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiæ dicatus Clementi VII. Pont. Max. eum Senariis Græcis in fronte, quibus e regione Latina respondent, in Calce Senariorum legitur Tetrastichon Græcum.

III. Catena SS. PP. in lib. Psalmorum, & Cantica Prophetarum, cui nonnulla ad eam rem pertinentia præmittuntur ex Epiphanio de 70. Interpret. Eusebio Pamphili, Greg. Nysseno, Josepho & Hippolyto Episcopo Portuensi. Hanc porro Catenam conficiunt, Eusebius Cæsar. Basilius M. Diodorus, Origenes, Hesychius, Greg. Nazianzenus, Cyrillus, Didymus, Arsenius, Theoborus Antioch. Dionysius, Isidorus Pelusiota, Nyssenus, Maximus, Olympiodorus, Aretas Episc. Theodulus, Severus, Theodorus Heracl. Joannes Episcopus Constantinop. Anastasius, Hieronymus, Jovinianus, Nicolaus Presbyter, Victor, Eudoxus Philosophus, Polychronius, Hippolytus, &c.

IV. In membr. Interpretatio Præceptorum Domini Jesu-Christi in Epitome continens summam Bibliorum ex variis SS. PP. collectam, Chrysostomo scilicet, Anastasio Sinaïta, Maximo Monacho, Theodoreto, Nilo, Basilio, Gerontio, Isidoro, Ephraïmo, Climaco, Ammonio Presbytero, Theodoro Studita, Polycarpo, Nazianzeno, Dorotheo, Athanasio, Simeone, Greg. Thaumaturgo, Barsanuphio, Marco, Agathone Gregorio Dialogo, Orsisio, Diadocho, Cassiano, Marciano Bethleemita, Timotheo Alexandrino, Greg. Nysseno, Isaaco Syro, Petro Alexandrino, &c. e vitis Monachorum, Sacris Synodis, & Sacra Scriptura. Opus digestum capitibus LXIII. seu voluminibus, ab Holstenio inter celebriores codices recensetur.

V. In membr. Joan. Chrysostomi Commentarius in Evangelium Matthæi a septimo capite, nam cætera hic desiderantur, & Joannis, item & Lucæ, cui deest principium, & ibi quædam inseruntur in eumdem Evangelistam ex Isidoro Pelusiota, & Athanasio. Ejusdem in VII. Canonicas Catena e diversis SS. PP. collecta, Chrysostomo scilicet, Cyrillo, Pastore, Hesychio Presbytero, Severo, Joanne, Apollinario, Severiano Episcop. Gabalensi, Dionysio, Didymo, Theodoreto Cyri, Theodoro Heracleota, Theodoro alio, Eusebio Cæsari. Ammonio Presbytero, & Ephraïmo. Quæstiones in Genesim sine principio, & fine, inverso ordine ob incuriam Bibliopegi leguntur.

VI. Membran. Eusebii Pamphili de præparatione Evangelica libri XV. In fine habentur Senarii Græci cum hac Epigraphe.

Aurea carmina, quorum initium sic habet: *Codex scriptus mense Junio anno* . . . . . .

VII. In membr. elegantiss. Lectionarium Evangeliorum, seu Evangelia, quæ per Hebdomadam in Ecclesia Græca legebantur.

VIII. In pap. Theophylacti Archiepiscopi Bulgariæ Commentarius in Epistolas Pauli aliquas. Prima est ad Philippenses in principio mutila.

Theodoreti Episcopi Cyri quæstiones, & solutiones contra Judæos e Sacris libris, deest folium in fine, quod ex codice 19. hujus scamni suppleri potest.

Ibidem Commentarius Anonymi in Pentateuchum, cujus initii pars desideratur. Primum caput inscribitur περὶ τῆς πυργοποιΐας.

IX. In pap. Eusebii Pamphili de præparatione Evangelica. Codex scriptus anno 6852. Christi 1344. cum Senariis ad finem, qui inscribuntur in codice sexto superius aurea carmina, quorum initium, ἐγώ σε φιλῶ.

X. In pap. Euthymii Zygabeni Monachi panoplia Dogmatica Orthodoxæ fidei cum Senariis quibusdam in laudem authoris in principio, deest finis.

XI. In pap. Evangelia quatuor.

XII. In pap. Epiphanii Eleutheropolitæ Monachi & Archiepiscopi Cypri de fide ad Monachos, præmissa in principio ipsius Monachi vita. Hujus opusculi neque Sixtus Senensis, neque cæteri meminere. Sequuntur excerpta varia e SS. PP. de fide Orthodoxa, ubi desunt non pauca.

XIII. In membrana. Evangelia quatuor, Epistolæ Pauli omnes, una cum Catholicis, subjicitur Solaris, atque Lunaris cyclus.

XIV. In membr. Evangelia quatuor, præmissis Canonibus, sive tabulis Harmonicis de consensu Evangelistarum cum titulis, & figuris auro pictis, & indice Evangeliorum quæ annuatim leguntur in Ecclesia Græca per menses & hebdomadas.

XV. In membr. Evangelia cum præfatione Eusebii ad Carpianum, cujus finis desideratur.

XVI. In membr. Evangelia cum præfatione Eusebii ad Carpianum.

XVII. In memb. Greg. Nysseni opera varia, scilicet contra Eunomium libri 12. Apologia in Hexameron Basilii, de tribus divinis Personis Epistola.

Cyrilli Alexandrini Anathematismi XII. Supplicatio tradita S. Cyrillo Alexandriæ Archiep. a fraternitate, continens solutiones IV. quæstionum Dogmaticarum ab ipsis Cyrillo propositatum. Hanc sequitur ejusdem Cyrilli Epistola ad Calosirium Episcopum Arsenoïtanum contra Anthropomorphitas.

XVIII. In membr. antiquissim. Evangelia cum Scholiis Græcis, figuris, indice lectionum, Evangeliorum, & Harmonia Ammonii Alexandrini, codicem hunc ornavit, & pinxit Leontius quidam ut ex Iambicis in fine appositis constat.

XIX. In membrana. Theodoreti quæstiones in loca dubia Sacræ Scripturæ, principio desiderantur non pauca, scilicet a fragmento libri Numerorum usque ad secundum Paralipom.

Andreæ Archiep. Cæsar. Cappadociæ in Apocalypsin S. Joannis Evangelistæ principium tantum, cætera desunt.

XX. In pap. Emmanuelis Chrysoloræ comparatio Veteris, & Novæ Romæ Epistolæ. . . . . Ultima consolatoria ad Pallantem Honufrii in obitu fratris. Hæc opuscula extare in Bibliotheca nostra advertit Conradus Gesnerus.

Gregorii Nazianzeni Orationes pacificæ tres.

XXI.

XXI. Io membr. Liber Evangeliorum juxta rationem Dominicarum dispositus cum notis Musicis interlinearibus ad usum Ecclesiæ Græcæ, finis desideratur.

XXII. In membr. Eusebii Pamphili, adversus Hieroclem.

Anonymi Isagoge de conscribendis Epistolis, & Canonibus.

Anonymi compendiolum Logicæ.

Anonymi in Platonem Scholia.

Herodiani Quæstiones de declinationibus partium orationis, & alia Grammatica.

Phrynichi collectio verborum, & nominum Atticorum ad Cornelianum. Codicem hunc scripsit Joannes Rhosus Presbyter Cretensis sumtibus Laurentii Medices ann. 1491.

XXIII. In membr. Evangelia quatuor cum Harmonia lineari Eusebii, & ejusdem Epistola ad Carpianum cum picturis quibusdam.

XXIV. In membr. Evangeliorum liber cum tabula Evangeliorum Dominicalium in principio.

XXV. In membr. Quatuor Evangelia cum Synaxario, seu ratione legendi Evangelica juxta ordinem Hebdomad. in Ecclesiis Græcis.

XXVI. In membr. Theophylacti Episcopi Bulgariæ enarratio in quatuor Evangelia, cum opusculo in Psalmos Graduum.

XXVII. In membr. Evangelia Matthæi, & Marci præfixo Menologio, & subsequente Synaxario lectionum Apostolorum, & Evangeliorum. Succedunt acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ, Epistolæ S. Pauli, Evangelium Lucæ, & Joan. finis deest.

XXVIII. in membr. antiq. Quatuor Evangelia cum imaginibus Evangelistarum, codex scriptus anno 6793. Christi 1285.

XXIX. In membr. Evangelia quatuor cum præfatione ad finem posita.

XXX. In membr. Evangelia quatuor.

XXXI. In membr. Evangelia juxta Dominicas ordinara literis quadratis, & notis musicis interlinearibus insignita, finis deest.

XXXII. In membr. Quatuor Evangelia cum Epistola Eusebii ad Carpianum, & Harmonia Evangelica ejusdem, additis iconibus Evangelistarum.

XXXIII. In membr. Quattor Evangelia cum commentariis anonymi.

XXXIV. In membr. Quatuor Evangelia cum Scholiis antiquis, & Eclogadio sive recensione lectionum quatuor Evangelistarum secundum initia, & fines juxta bebdomadas.

PLUTEUS SEPTIMUS.

Auctores Græci.

I. In membr. optimus. S. P. N. Gregorii Nysseni interpretatio brevis super inscriptione Psalmorum.

Ejusdem Dialogus de anima cum Macrina sorore.

Disputatio cootra Judæos.

Edictum piissimi Imperatoris Justiniani continens confessionem rectæ fidei, & eversionem hæresum adversus Ecclesiam Catholicam insurgentium.

Ejusdem Epistola ad quosdam, qui defendebant Theodorum Mopsuestiæ, & ejus perversa dogmata, & Epistolam Ibæ, & scripta Theodoreti contra rectam fidem, decil finis.

Anastasii Presbyteri Sinaitæ de homine facto ad imaginem, & similitudinem Dei Sermones 3.

Basilii Seleuciensis Episcopi Homiliæ variæ. Index in prima pagina libri.

S. P. N. Asterii Episcopi Amaseæ, Homiliæ V.

II. In pap. Gregorii Nazianzeni carmina capitibus 45.

Amphilochii Episcopi Iconiensis (quibusdam videtur esse ejusdem S. Gregorii) ad Seleucum versibus Iambicis.

Nemesii Episcopi, ut quidam volunt Cyrenensis, de natura hominis capit. 158.

Theodoreti de curatione Græcorum affectuum.

Gregorii Nazianzeni Homiliæ quædam.

IV. In membr. S. Gregorii Nysseni Fratris M. Basilii varia. Cod. Mſ. an. 1489. a Joanne Rhoso Sac. Cretensi sumtibus Laurentii Medicei.

V. In membr. Gregorii Naz. Orationes 25. codex emtus in Romania 1387.

Expositio historiarum quarum mentio fit in epitaphio S. Basilii.

VI. In pap. Vita S. Gregorii Nazianzeni Gregorio ejus discipulo authore.

Gregorii Nazianzeni Orationes XVII.

Ejusdem tetrasticha ex Iambis, Nicetæ Philosophi (alias David) voce exposita. Inveniuntur nonnulla in principio e Chrysostomo & Palladio in vita Joannis Chrysostomi. In fine leguntur excerpta quædam anonyma.

VII. In membr. Gregorii Nazianzeni Sermones XXXII. cod. dicatus Venerabili Monasterio a Comneno Lascari Imp. Græcorum.

VIII. In membr. Gregorii Nazianzeni Orationes, & alia opuscula cum Scholiis quibusdam ad marginem, deest finis. In medio libri hujus post tractatum contra Eunomianos (qui est numero 25.) reperitur vita ejus S. Gregorii scripta a Gregorio Presbytero.

Explicationes historiarum de quibus mentionem fecit S. Gregorius in Sermone, qui inscribitur, in Sancta Lumina in primo Steliteutico contra Julianum, & in epitaphium Basilii.

IX. In pap. Anonymi commentarius in Apocalypsim.

X. Mſ. in membr. S. Gregorii Nazianzeni carmina.

Cod. ant. Nonni Episcopi Panoplitani paraphrasis in Joannem versibus heroïcis, deest finis.

XI. In membr. Gregorii Nazianzeni homiliæ XVI.

XII. Io pap. Gregorii Nazianzeni Orationes, & alia opuscula no. 52. Vita ipsius Gregorii a Gregorio ejus discipulo conscripta. Expositio Gentilium historiarum, quatum mentio habita est in Oratione Funebri B. Basilii, & aliis. In fine legitur, Nilus quidam scripsit.

XIII. In membr. S. Gregorii Naz. Orationes XVI. cum commentario Nicetæ Metropolitæ Heracleæ. Id quod deerat in principio nova manu descriptum est.

XIV. Io membr. S. Joannis Chrysostomi de Sacerdotio libri 6. ad Basilium Fratrem, præmisso indice.

XV. Mſ. in membr. S. Joannis Chrysostomi Homil. de calamitatibus Antiochiæ, deest finis.

XVI. In pap. Variorum tam Philosophorum, quam Sanctorum Patrum Sententiæ collectæ a Domno Georgida Monacho, Alphabetice.

Florilegium Sententiarum absque principio: incipit a cap. 41. usque ad 116.

Nonnullæ aliæ Sententiæ Anonymæ.

S. Joannis Damasceni de fide orthodoxa cap. 100. ad Cosmam Episcopum Majumæ.

XVII. In pap. Joannis Abbatis in monte Sinai Climax, seu Scala in 30. gradus divisa. Præmittuntur Epistolæ quædam cum vita ipsius Joannis per Danielem composita.

XVIII. In membr. Gregorii Nazianzeni carmina cum perpetua paraphrasi, & metaphrasi ad latus posita, ita ut verbum verbo respondeat.

XIX. In pap. Quæstiones & responsiones de rebus sacris Anonymi. Nicetæ Monachi & Presbyteri Monast. Studii Practicorum, seu Moralium capitum centuriæ tres.

Hierothei Hieromonachi adversus Latinos Dialogus inter Lucam, & Nephonem, ubi etiam expositio (quasi Mathematica Cabalistica) de mysterio Sanctissimæ Trinitatis.

Sancti Maximi exercitatio dogmatica.

Nicetæ Chartophylacis Nicæni quibus temporibus, & quas ob caussas Romana Ecclesia a Constantinopolitana scissa est.

Nicetæ * Sidensis de Paschate celebrando.

Hippocratis ad Ptolemæum Ægypti Regem Epistola.

S. Gregorii Nazianzeni versiculi quidam de appellationibus virtutum, de Sacris Bibliis: expositio in illud *Domine Jesu Christe Deus noster miserere nobis*: & in illud Davidis, *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*. In Abacuch expositio brevis. In Orationem Dominicam expositiones duæ: in illud B. Pauli *sive in corpore nescio*. Et expositio vel confessio fidei Simeonis Sethi Antiocheni Magistri & Philosophi de nutrimentorum facultate juxta rationem Alphabeti.

Ejusdem de sensibus, & Astronomica, Physica & Meteorologica quædam.

Ad Constantinum Porphyrogennetam Imperatorem de morbis, & eorum cura.

Dioclis Epistola ad Antigonum Regem de sanitate tuenda.

De Ponderibus, & mensuris.

Nonnulla alia ad Medicinam pertinentia.

Opusculum (Galeno tributum) de appellatione partium hominis: item quædam alia ad rem medicam spectantia.

XX. In membr. Joannis Scholastici Climax, sive scala Cœli in gradus XXX. divisa. Ejusdem Sermo ad Pastorem.

Vita ejusdem Joan. habetur in principio libri.

XXI. In pap. S. Ignatii Martyris cognomento Theophori Patriarchæ Antiocheni Epistolæ 12. quarum prima, & pars secundæ desunt.

S. Polycarpi Smyrnæ Episcopi & Martyris ad Philippenses Epistola.

S. Hippolyti Episcopi, & Mart. Sermo de consummatione mundi, de Antichristo, & altero adventu Christi.

XXII. In membr. S. Gregorii Nazianzeni Orationes, & alia opuscula n°. 51. cum Scholiis ad marginem, & in fine vita ejusdem per Gregorium Presbyterum descripta.

A XXIII. In membr. S. Joannis Damasceni dogmatica, seu Philosophica ad Cosmam Episcopum Majumæ.

XXIV. In membr. S. Gregorii Nazianzeni Orationes XVI. cum effigie ejusdem in principio: manu Euthymii Monachi Xiphilini an. 6559. indictione XIV. anno Christi 1051.

XXV. In membr. S. Gregorii Armeniorum Metropolitæ vita scripta a quodam Agathangelo.

Præmissus est Sermo de inventione capitis S. Joannis Baptistæ Præcursoris.

S. Gregorii Nazianz. imo Nysseni de vita & miraculis S. Gregorii Episcopi Neocæsareæ.

Vita, & conversatio SS. PP. Metrophanis,
B & Alexandri, in qua etiam vita Constantini Pii Imperatoris.

XXVI. In membr. S. Gregorii Nazianz. in natalem Domini.

S. Basilii Magni in eumdem.

S. Gregorii Nysseni in Protomartyrem Stephanum.

S. Gregorii Nazianzeni Oratio Funebris in Basilium.

Amphilochii Episcopi Iconii in vitam & miracul. D. Basilii Magni.

Epistola Juliani Imperatoris ad Basilium, & hujus ad ipsum.

S. Joannis Chrysostomi ex oratione de calamitate Antiochiæ.

Ejusdem oratio in Herodem Sanctorum In-
C nocentium interfectorem.

S. Greg. Naz. in sancta lumina.

S. Basilii Magni in Sanctum Baptisma.

Amphilochii Sermo in die Purificationis Virginis Deiparæ.

S. Gregorii Nysseni oratio tempore Jejuniorum.

S. Joannis Chrysostomi de pœnitentia Ninivitarum.

S. Basilii M. laudatio quadraginta Martyrum.

Martyrium Sanctorum quadraginta Martyrum in Sebaste passorum.

Anastasii Sinaitæ Homilia in sextum Psalmum.

S. Basilii M. de jejunio.

Ejusdem in illud Evangelii, *Cura te ipsum*.

Ejusdem, Deum non esse caussam ma-
D lorum.

Pamphili Monachi carmina.

Pamphili Monachi Presbyteri S. Civitatis ordinati, in Resurrectionem Domini Encomium.

S. Joannis Chrysostomi in dictum illud: *Considera quod in medio laqueorum ambules*: ex oratione XV. de statuis.

Ejusdem de iis, qui scandalizantur, de felicitate injustorum; est prima de statuis.

B. Ephrem de pœnitentia, de fine mundi, & altero Christi adventu.

S. Jo. Chrysostomi de tentatione, in prodigum, de Samaritana.

S. Athanasii Episc. Alexandrini in cæcum a Nativitate.

S. Joan. Chrysostomi in Annunciationem
E Beatæ Mariæ.

S. Gregorii Thaumaturgi in eamdem.

S. Joan. Chryfoftomi in Lazarum redivivum.

Leontii Presbyteri Hierofol. in Prophotifmata; & in diem Palmarum, & Sufcitationem Lazari.

S. Epiphanii Archiepifc. Cypri Sermo in die Palmarum.

S. Joan. Chryfoftomi in ficum aridam: in X. Virgines; in Peccatricem, & ejus ungnentum, in proditionem, in Pafcha, & fumtionem Myfteriorum, & de oblivione injuriarum.

Stephani Archiepifcopi S. Civitatis de eo quod dicitur in Evangelio Filium hominis ignorare finem mundi.

S. Jo. Chryfoftomi in magnam Parafceven.

S. Procli Archiep. Conftantinop. Sermo in eamdem.

S. Epiphanii Archiepifc. Cypri Sermo in Sepulturam Domini.

XXVII. In pap. Georgii Scholarii de Proceffione Spiritus Sancti, libri duo ad Joannem Magnum Comnenum Celfiffimum Trapezuntis Imperatorem.

XXVIII. In membr. S. Greg. Naz. orationes & alia opufcula num. 18. in fine nova manu fuppletum eft.

XXIX. In pap. Georgii Pachymeræ Hieromnemonis S. Majoris Ecclefiæ Paraphrafis manufcrip. in S. Mart. Dionyfium Areop. hortatu Sanctiffimi Papæ & Patriarchæ Alexandr. Domni Athanafii Conftantinopoli commorantis, cum præfatione.

Andreæ Archiep. Cæfareæ Cappadociæ in Apocalypfim, cum præfatione.

XXX. In pap. S. Gregorii Nyffeni Commentarius in Canticum Cant. cum præfatione ad Olympiadem, Catena Sanctorum Patrum in proverbia Salomonis, in Job, & Jofue. Scriptus eft hic Liber anno 5831. Chrifti 1323. emtus a Bondelmontibus anno 1415.

XXXI. In pap. S. Georgii Metochitæ Diaconi de pace inita inter Ecclefias Romanam, & Conftantinopolitanam, & de iis quæ fecuta funt ad everfionem hujus pacis.

Mors & Teftamentum Domni Joan. Becci Patriarchæ Conftantinopolitani.

XXXII. In membrana. S. Gregorii Naz. orationes, & alia opufcula num. 16. cum picturis.

XXXIII. In membr. S. Gregorii Naz. in Sexagefimam, & Natalem Domini orationes duæ.

Vita & converfatio S. Melaniæ Romanæ.

S. Greg. Naz. in Sancta Theophania.

Sermo in Præfentatione Domini noftri J. C.

S. Joannis Chryfoftomi in filium prodigum.

S. Ephrem de falute animæ, & futuro judicio.

S. Joan. Damafceni de iis qui in fide obierunt: quod Liturgiæ & bona opera, quæ pro ipfis fiunt, eos maxime juvent.

Bafilii M. de Jejunio oratio prima.

Nectarii Archiep. Conftant. expofitio quare primo Sabbato Quadragefimæ fiat mentio Sancti Magni Martyris Theodori.

Vita S. Mariæ Ægyptiæ fcripta a Sophronio Archiep. Hierofol. deeft finis.

PLUTEUS OCTAVUS.

Auctores Græci.

I. In membr. S. Joannis Chryfoftomi Homiliæ.

II. In membr. Ejufdem commentarius in Epiftolas D. Pauli ad Hebræos Hom. 34. ad Ephefios 24.

III. In membr. Ejufdem in Genefim Homil. 66.

IV. In membr. Ejufdem in Joannem Hom. 46. quarum ultima eft de murmure Judæorum in ea verba Chrifti *Ego fum Panis*. S. Joann. cap. VI. præmiffa tabula.

V. In membrana Ejufdem in Matthæum Homil. 45.

VI. In membr. Ejufdem in duas Epiftolas Pauli ad Theffal. primam ad Timoth. & ad Hebræos.

VII. In membran. Ejufdem in Genefim Homil. 66.

VIII. In pap. Chriftoduli Monachi alias Joan. Cantacuzeni fcripta contra Palamam, Barlaam, Acyndinumque Hæreticos cum omnibus geftis, & actis ea de re.

IX. In membr. S. Joannis Chryfoftomi in Epift. ad Hebræos Homil. 34.

X. In memb. Ejufdem contra Judæos Serm. 6. de Ozia 5. & aliæ ejufdem Orationes.

XI. In membr. Ejufdem in Epiftolam ad Hebræos Hom. 34. cum Præfatione, quæ in cod. 9. hujus plutei non legitur, & textu ipfius Epiftolæ literis quadratis.

XII. In membr. cum figuris. Commentarius in quatuor Evangelia e Sanctorum Patrum præcipue e S. Joannis Chryfoftomi fcriptis collectus; fymbolam quoque fuam conferente collectionis hujus auctore.

XIII. In membr. Ethica varia, five moralia excerpta ex diverfis operibus S. Joannis Chryfoftomi, fed præcipue ex ipfius Commentariis in Epift. ad Romanos, ad Hebr. ad Tit. & Timotheum.

XIV. In membr. S. Jacobi Epiftola cum expofitione marginali, deeft finis. S. Joan. Chryfoftomi comment. in Matthæum, & excerpta ex Commentario in Marcum, deeft finis.

XV. In membr. S. Joannis Chryfoftomi Serm. 33. & Encomium Pauli a Theodoro Magiftro e diverfis Joann. Chryfoft. Commentariis elaboratus.

XVI. In pap. Theologia quædam Græca fine nomine, & principio, videtur effe recentioris cujufdam.

XVII. In pap. S. Joannis Chyfoftomi de Virginitate cap. 84. Adverfus eos qui habent Virgines συνεισάκτους: quod Canonicæ non cohabitent cum viris; & Epiftolæ ducentæ.

Joannis Metropolitæ Ephefini, Sermo compofitus e diverfis Canonibus Apoftolicis, & Synodicis, aliifque auctoritatibus facrarum literarum, oftendens quod Ecclefia rectam fidem tenente, fine ratione ab hac diffentiunt præfentis temporis Schifmatici.

S. Bafilii M. Hiftoria Ecclefiaftica, five expofitio rituum Ecclefiafticorum (eft Germani Archiepifcopi Conftantinop.)

Excerpta quædam moralia ex commentariis S. Joann. Chryfoftomi in Matthæum & in

Acta Apostolorum cum explicatione eorumdem.

Expositio fidei 150. SS. Patrum qui Concilio Constantinopolitano interfuerunt.

Excerpta ex actis sextæ Synodi.

Edictum Flavii Constantini positum in tertio Narthece Majoris Ecclesiæ Constantinop.

Excerpta ex septima Synodo.

Excerpta ex quarta Synodo.

Oratio Sanctæ Synodi ad Marcianum Imperatorem.

Excerpta quædam Historica ex Libris Judicum, & Regum, ex Joanne Chrysostomo, & Joanne Alexandrino.

Historia, & Epistola Abgari Toparchæ Edesseni ad Jesum, & Jesu ad eumdem per Ananiam Cursorem.

De Coronatione Imperatoris Græci, seu Orientalis.

Excerpta quædam moralia.

Excerpta ex actis quartæ Synodi Chalcedon.

Fragmentum vitæ cujusdam Sancti.

Excerpta moralia ex Comment. S. Joann. Chrysostomi in Joann.

Epistola Constantini M. Imperatoris, & Isapostoli ad S. Sylvestrum Papam Romæ.

XVIII. In pap. Joannis Abbatis montis Sina cognomento Scholastici Climax, seu Scala Paradisi, cui præfixum est, ejusdem vitæ compendium, & ad finem index graduum ipsius Scalæ.

Ejusdem Sermo ad Pastorem, qualem oporteat esse rationalium pecorum Pastorem.

Acta quædam Pilati contra Jesum aliaque nova manuscripta.

S. Joannis Chrysostomi Comment. ut & Theodoreti.

XIX. In membr. Gennadii, Oecumenii, in Acta Apostolorum & Epist. D. Pauli: ultima est ad Philemonem, deest finis.

XX. In membr. Athanasii (potius Anastasii) Patriarchæ Antiocheni expositio quarumdam vocum de Mysterio Incarnationis.

S. Maximi Monachi disputatio contra Pyrrhum Patriarcham C. P. Monothelitarum hæresis authorem, cum icone S. Maximi in principio.

Ex eodem S. Maximo paucula quædam.

Interrogatio ad eumdem Maximum Abbatem cum ejusdem responsionibus, finis desideratur.

In consecratione Episcoporum sermo.

S. Maximi confessoris dogmaticorum centuriæ tres, & alia ejusdem cap. dogmatic. 15.

Abbatis Cassiani Romani de octo vitiis capitalibus.

XXI. In pap. S. Joan. Scholastici Climax, sive scala Paradisi: in principio operis Epistola Abb. Jo. Præpositi Monasterii Rhaitu ad eumdem Scholasticum, & vita ejusdem scripta a Daniele quodam Monacho Rhaithino: responsoria Scholastici ad Joan. Abb. & in fine habetur sermo ad Pastorem. Scriptus est hic cod. anno 6833. Christi 1325.

XXII. In pap. Excerpta quædam de Parallelis S. Joannis Damasceni cum prævio indice.

S. Joan. Damasceni parallela e sacris literis, seu de variis libris, tam Theologicis, quam Philosophicis collecta ordine alphabetico, alia capita ordine alphabetico cum prævio indice, deest finis.

A XXIII. In pap. Introductio in dogmata, vel de Theologia e Synodis, & SS. PP.

Vita Pauli Archiep. C. P. & confessoris.

Excerpta de variis libris tum Theologicis, tum Synodicis, & sanctorum Patrum.

Tractatus quidam Logicus de X. Prædicamentis, & de figuris Syllogismorum.

Orestiadis Diaconi Constantinopolitani versus quidam, qui Politici vocantur ad Joannem Palæologum Imperatorem.

XXIV. In pap. S. Joan. Chrysostomi Comment. in Evangelium Joannis cum Scholiis quibusdam.

B. Titi Bostrorum Episcopi in Evang. Lucæ interpretationes cum scholiis.

Excerpta quædam in Evangelium Mat-
B thæi.

XXV. S. Joan. Chrysostomi orationes variæ, quarum finis deest, & nova manu non pauca suppleta sunt.

XXVI. Joan. Becci Humilis Episcopi C. P. de unione & pace Ecclesiarum veteris, & Novæ Romæ cum oppositionibus, & responsionibus in idem argumentum.

Confutatio sermonis illius quem scripsit Photius contra .... ad quemdam Eusebium cum textu ipsiusmet sermonis.

Confutatio capitum quorumdam incerti Auctoris adversus Ecclesiæ pacem.

Ordo Romanus creationis Episcoporum.

Liturgia, sive Missa S. Gregorii quam servat R. E.

C D. Nicephori Blemmidæ sermo, quod per Filium, & ex Filio procedat Spiritus Sanctus.

Ejusdem ad Pium Imperatorem D. Theodorum Ducam Lascarim de quibusdam dogmaticis quæstionibus.

D. Constantini Melitiniotæ Chartophylacis Majoris Ecclesiæ, & Reverendissimi Archidiaconi venerabilis Cleri Imperatorii, sermo de Ecclesiarum tam Græcæ, quam Latinæ unione.

XXVII. In membr. Tomus Biblicus in quo habentur libri infrascripti: omnia literis grandioribus exarata sunt, & ad singulos libros habentur variorum translationes, & lectiones variæ.

Jobi Prophetia.

Salomonis Proverbia.

Ecclesiasticus.

D Cantica.

XXVIII. In membr. S. Joann. Chrysostomi comment. in Genesim. Incipit ab Homilia XXXII. Libri secundi, sive a cap. XI°. de confusione linguarum. Liber hic scriptus est a quodam Jo. Sacerdote indictione prima anni 6481. Christi 973.

XXIX. In membr. Ejusdem in Evangelium Matthæi brevis interpretatio.

XXX. In membrana. S. Joan. Chrysostomi Homiliæ XXI. Antiochiæ & alibi habitæ; ultima est catechesis eorum, qui baptizari debent.

PLUTEUS NONUS.

I. In membr. S. Joan. Chrysostomi Homiliæ
E in Genesim, quarum prima est in caput XII. *& accepit Sarra Abraham*: ultima vero in caput, *Dixit*

Dixit Israël ad Joseph, ecce jam morior, quæ est 67ª.

II. In membr. Domni Euthymii Zygabeni interpretatio in Psalmos.

III. In memb. S. Joannis Abbatis Monasterii Montis Sinaï cognomento Scholastici Scala, sive sermones ascetici, cum scholiis & prolegomenis, quibus adnectuntur varii versus aureis characteribus exarati in laudem ipsius Scalæ.

IV. In membr. S. Joannis Chrysostomi Homiliæ encomiasticæ variæ in Sanctos, quarum index initio præfixus.

V. In membr. ejusdem commentarius in Matthæum: incipit ab Homilia 46. desinit in 89.

VI. In membr. Ejusdem comment. in Act. Apostolorum continens Homilias 56. quarum ultima est historica de martyrio SS. Petri & Pauli; tum etiam SS. Perpetuæ & Potentianæ Virginum, sed num sit S. Joan. Chrysostomi dubium est. Invenitur tamen inter opera S. Joannis Chrysostomi, & in alio codice apud Messanæ, & Siciliæ Bibliothecas. Ita Willelmus Langius in quodam indice hujus Bibliothecæ an. 1652. In Homilia prima deerant duæ intermediæ paginæ: in Homilia 34. deerat penultima: sed hæc nova manu suppleta sunt.

VII. In membr. Ejusdem Homiliæ variæ numero XXIV.

VIII. In membr. Theodori Balsamonis Patriarchæ Theopoleos magnæ Antiochiæ, nomocanon, id est, constitutarum Conciliis Legum Liber, quo quid specialim tractetur explicant indices duo Græci ibidem affixi, est etiam in principio index Latinus totius libri; videtur esse manu Antonii Augustini.

IX. In pap. Joannis Cantacuzeni ex Præfecto Aulæ Constantinopolitanæ Monachi, historia suorum temporum, quam sub Christoduli nomine edidit ad Nilum, script. anno 6878. Indictione VIII. Decembr. 7°.

X. In membr. Nicetæ Metropolitani Heracleæ in S. Pauli Epistolas enarratio.

XI. In membr. Heliæ Metropolitæ Cretensis in Scalam, Sive spirituales gradus S. Joan. Abbatis S. Montis Sinaï, cognomento Scholastici expositio cum sermone de Pastore ejusdem in fine.

XII. In pap. Nicolai Episcopi Methonensis expositio elementorum Theologicorum Procli Lucii Philosophi Platonici (alias Diadochi) Latine reperitur in Bibliotheca Lugdunensi ut ait Langius.

Ejusdem de divina communione, in quo simpliciter ostenditur ex divinis scripturis fermentatum panem Ecclesiæ traditum ab Apostolis offerendum; quemadmodum & usque ad S. Gregorium cognomento Dialogum Pont. Rom. offerebat Ecclesia.

In fine Epistola Episcopi Anonymi ad eumdem Nicolaum, cui deest finis.

XIII. In membr. S. Joan. Chrysostomi comment. in Esaiam, Hieremiam, & Job prophetas.

XIV. In membr. Pars martyrologii Græci, nempe martyria SS. quorum fit in Ecclesia Græca commemoratio a die 17. Maii usque ad 31. inclusive.

Passio Sanctæ Martyris Siræ, quæ Marty-
A rium in Perside consummavit, cognata Sanctæ Golinduch, quæ & ipsa sub Chostoe avo Chosroæ illius qui modo regnat in Perside martyrium subivit; S. Patricii Episcopi Brusæ, S. Thalelæi. Vita S. Constantini Imperatoris cognomento Magni: excerpta ex historia Alexandri Monachi. Martyrium S. Epimachii, S. Donati Episcopi, Macarii Presbyteri & Theodori Diaconi. Vita S. Marthæ matris S. Simeonis, qui a puero Monasterium ingressus est in monte admirabili. Martyrium Sanctorum Meletii, Stratelatæ, & Joannis, & Stephani comitum, & omnis coetus eorum. Encomium in miracula S. Hieromartyris Therapontis. Passio Sanctæ Mart. Heliconidis. Vita Theoduli ex præfecto C. P. Monachi, & Stylitæ.
B Vita S. Mariæ Virginis Antiochenæ. (Desunt hic nonnullæ paginæ, in quibus scripta erat vita S. Copri, ut patet ex indice præfixo huic libro.) Martyrium S. Hermeæ, vita Eugeniæ, & Mariæ filiæ ipsius, & Marini.

Dialogus historicus Palladii Episcopi Helenopoleos habitus cum Theodoro Diacono Rom. de vita, & moribus S. Joan. Chrysostomi, ex quo codice multa excerpsit Emericus Bigotius.

Vita & martyrium S. & gloriosi Martyris Anastasii, qui martyrium consummavit in Perside. Auctore Pisida (Georgio).

Jacobi Neobaptistæ, sive recens baptizati sub Heraclio Imperatore, & Georgio Chartaginensium civitatis præfecto præter suam men-
C tem dissertatio, quod non oporteat sabbatizare post Christi adventum, & quod vere ipse est Christus ille qui venit, & non alius, ad Judæos recens baptizatos ex Autographo descripta, & P. D. Jo. Mabillonio tradita.

Vita S. P. N. Constantini a Judæis oriundi.

XV. In membr. Lectionarium sive officium divinum Ecclesiæ Græcæ: liber acephalus.

Procli Archiep. C. P. sermo in S. Theophanem in fine tractatus quidam de jejuniis, de festis.

XVI. In membr. Theologica quædam, & Philosophica sine principio.

Ex libro catechetico Epiphanis Episcopi Constantiæ in insula Cypro excerpta quædam.

Excerpta alia ex eodem Epiphanii libro, aliisque PP. de resurrectione mortuorum.

Nili Monachi de Philosophia ascetica.

D Ejusdem capita 153. de oratione. . . .

S. P. N. Basilii de institutione vitæ Monasticæ.

S. Stephani Thebæi regula ad universos monachos, cui adjecta sunt excerpta pauca ex asceticis S. Basilii.

Capita quædam Philosophica, Meteorologica, Astrologica, & Geographica, quorum primum inscriptum est *A quo elemento cœpit mundum facere Deus.*

D. Joannis Furne Monachi Apologia contradictoria de S. Spiritu.

Nicetæ Byzantii Philosophi, & Magistri disputatio in eos, qui ad symbolum addiderunt, *Qui ex Patre, Filioque procedit.*

Ejusdem adversus Latinos de azymis, &
E Jejunio Sabbati.

Ex contradictoriis S. Cyrilli in illa verba,

quod Spiritus Sanctus a Patre, & Filio effunditur.

XVII. In pap. Sermones, & martyria varia Sanctorum quorumdam, & primo:

Harpocrationis Lexicon, atque in eodem codice qui recens est, orationes decem oratorum.

Lexicon membranaceum parvum in codice XIV. sæculi.

Lexicon Poëticum in alio codice.

Homeri Ilias in codice membranaceo XII. sæculi, item in bombycino XIV. atque in multis aliis. Ejusdem βατραχομυομαχία, codex bomb. XIV. sæculi. Homeri item Odyssea cusa Florentiæ, anno 1488.

Joannis Grammatici parva Ilias.

Hesiodi opera & dies in codice membranaceo XIII. sæculi. Item scutum Herculis & Theogonia in cod. bombycino XIV. sæculi.

Æschyli quædam.

Pindari codex, bomb. recens.

Sophoclis codices duo bombycini XIV. sæculi, & alii non pauci.

Euripidis cod. XIV. sæculi. Ejusdem codices alii bene multi.

Lycophronis codex cum scholiis bombycinus XIV. sæculi, item alii ejusdem. Tzetzæ in Lycophronem.

Theocriti codex bomb. XIV. sæc. Alius ejusdem ætatis.

Ephesi Carmen in codice, numero 430.

Codex XIII. sæculi in quo Sallustius Platonicus de Diis.

Moschi Idyllium : Simmiæ securis & Ara : Theocriti σύριγξ : Odyssea Homeri, in uno codice.

Aristophanes in codice bombycino XIV. sæculi. Item in alio ejusdem ætatis. Alii ejusdem non pauci.

In codice bombycino XIII. sæculi Euripidis Tragœdiæ quædam, Aristophanis Comœdiæ nonnullæ, Sophoclis quædam, circumferuntur.

Empedoclis Carmina, Sphæra & alia, cod. bombycinus recens. In codice membranaceo recenti Apollonii Argonautica, Homeri Batrachomyomachia, Herodoti de vita Homeri, Orphei Argonautica, Callimachi Cyrenæi Hymni, Homeri Hymni. Anthologia, codex membranaceus XI. sæculi.

In codice bombycino XIV. sæculi, Oppiani Halieutica, Euripidis tres priores Tragœdiæ. Æschyli item tres priores.

Oppiani codex membranaceus. Item alter bombycinus. Item alius.

Orpheus, itemque Callimachus in codice recenti bombycino.

Pythagoræ poëma in codice XIV. sæculi.

Apollonius Rhodius in codicibus duobus.

Arati Carmen in codice membranaceo.

Phili Carmina, codex recens.

In codice quodam Ambrosiano habetur Lexicon vocum Saracenicarum hoc titulo λέξεις σαρακηνικῆς κατὰ ἀ β΄. voces Saracenicæ alphabetico ordine.

Ἀάδου δ' ἴλπις, ὄστουν ἐλεφάντος, Aadu d'ilpis os Elephantis.

Αγκούρβι, σταφυλῖνος ὀρεινὸς, ἢ σταφὶς ἀγρία. Ancurbi Staphilinus montanus, aut staphis agrestis, herba pedicularis.

Αγκαρχίντην, τὸ πυγίδιν, Ancarchinten, pigiden.

Αγκουζὰν, ὀπὸς σιλφίου, Ancuzan, succus laserpitii.

Αγνὶς, ὁ πεντάφυλλος, Agnus aut Pentaphyllus, herba quinquefoliis, &c.

Hi codices Græci. In Latinis istæc, ex multis pauca, observavi.

In codice XI. sæculi, sententiæ diversorum Patrum de primatu Romanæ Ecclesiæ.

In codice IX. sæculi, contra Claudium Taurinensem de Imaginibus.

Dictionarium Latinum ingentis molis IX. vel X. sæculi.

Prudentii codex VII. vel VIII. sæc. tam remotæ antiquitatis vix alium hujus scriptoris videas. Antiquior tamen videtur Prudentius Regiæ Bibliothecæ.

Codex VIII. sæculi charactere Langobardico, in quo Gennadii de Ecclesiasticis dogmatibus, Bachiarii fides, symbolum Athanasii, omnia eadem manu.

Codex septimi circiter sæculi ubi multæ sententiæ & dicta Patrum hinc & inde excerpta, & inter alia Philippi discipuli S. Hieronymi. Amanuensis Gensericum Vandalorum Regem, lusu quodam litterarum & numerorum Antichristum esse probat.

Codex VIII. sæculi Langobardicis litteris, in quo Ambrosii commentaria in Evangelium.

Codex illo antiquior partem Bibliorum complectitur.

Codex VIII. sæculi Langobardicis, litteris habet quasdam Chrysostomi homilias : Eucherii Lugdunensis quædam : Confessionem fidei Luciferi, item confessionem Athanasii quæ habetur inter spuria Vigilio attributa : item fidem *Ambrosii*.

Codex XIV. sæculi. Descriptio Archipelagi Latine, bombycinus, cum figuris locorum, minio depictis.

In codice XII. sæculi membranaceo versio Daretis Phrygii Gallico metro.

Salemons ; nos ; enseigne ; & ; dit ;
E sil ; lir ; hon ; en son ; ecrit ;
Que nus ne deit son sens celer
Ainz se deit hon si demonstrer
Que lon i ait preu e henor.
Quensi firent li anceisor.
Se cil qui trouverent les partz.
E les granz livres des set artz.
Les Philosophes les traiticz
Dont toz li monz est enseignez
Se fussent teu veirement.
Li siecles vesquit solement
Comme bestes cussons vie.
Que fust saveirs ne que folie
Ne seust hon sors esgarder
Ne lun del autre desseurer

Alios item codices ex multis Latinis paucissimos evolvi v. g. Origenis in Epistolas Pauli, Lactantii Firmiani Institutionum, Cassiodori, Gregorii Moralium in Job, antiquum B. Remigii commentarium in Apocalypsim. Itemque Julii Cæsaris, Plauti & Ciceronis codices.

In alio Bibliothecæ Ambrosianæ conclavi sunt quidam codices qui elegantiæ caussa in armario quodam asservantur. De Josepho Latine scripto egerunt multi : unum jam pridem observatis addere libet, charta quam Phillyram, seu Papyrum Ægyptiacam esse putant, multo densior est charta, item papyrea, qua confectus est codex S. Marci Venetiis, longe antiquior codice Josephi Ambrosiano. Est itidem Virgilii codex, olim Petrarchæ, respersus notis observationibusque ipsius Petrarchæ manu nitido charactere. Codex item Epistolarum S. Caroli Borromei, quarum pleræque manu ipsius S. Viri conscriptæ sunt. In eodem armario visitur codex Rutheno charactere quem vocant S. Cyrilli, argenteis tabulis compactus, in queis anaglypha sunt : monstrantur item quædam ipsa manu S. Thomæ Aquinatis conscripta. Picturis egregie exornatur locus, & inter has tabella depicta a Virgine quadam cui nomen Fides Gallicia.

In Septalorum Museo Mediolani visitur charta quædam papyrea antiquissima Catalogum Reliquiarum, quæ tempore S. Gregorii Papæ Romæ erant, complectens, quæ a Doctissimo Muratorio publici juris facta est.

BIBLIOTHECA
DUCIS MUTINENSIS

BIBLIA Hebraïca antiqua elegantissima, tribus columnis, membranacea. A

Codex recens Liturgiarum Græce, Syriace, Æthiopice, Armeniace.

Epistolæ Pauli, Arabice.

Liber Cabalæ Hebraïcus antiquus.

Codex Ruthenicus, de Officio divino.

Codex Græcus Evangeliorum, membranaceus, XI. sæculi.

Codex Græcus Evangeliorum, ut per annum dicuntur, charactere unciali antiquissimo VIII. sæculi, membran.

Acta Apostolorum Græce in codice IX. sæculi, membran. charactere unciali oblongo ac deflexo, cum accentibus prima manu positis. B

Psalterium elegantissimum XI. sæculi membranaceum, cum hac inscriptione a fronte: ἐτέθη ἡ βίβλος αὕτη ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν Μοναχοῦ Θεοδοσίου τοῦ Ξυλαλᾶ, καὶ ὁ ἀναγινώσκων ταύτην διὰ τὸν κύριον ὡς μακαρίζῃ αὐτὸν, καὶ ὡς δέηται ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, quæ haud ita perite notata, ita vertimus. *Repositus est liber iste in sacro Monasterio pro remissione peccatorum Theodosii Xylala Monachi, qui legerit per Dominum, laudet ipsum, preceturque pro anima illius.*

Codex membran. XI. sæculi. Anonymi expositio in Matthæum Græce. Apollinarii versus in Psalterium.

Codex elegantissimus X. sæculi membranaceus. C Clementis Alexandrini προτρεπτικὸν, παιδαγωγικὸν, & Hymnus, ut in editis. Justini ad Zenam. Ejusdem contra Græcos. Athenagoræ legatio. Tatianus. Et in fine de Sibyllis. Codex huic consimillimus est in Bibliotheca Regia.

Magnus codex in folio bombyc. XIV. sæculi, totus Athanasio adscriptus, cujus titulus: Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, περὶ τῆς ἁγίας ἐνυποστάτου καὶ ὁμοουσίου τριάδος, cujus initium est: ὡς ἐπὶ μακροὺς ἡμᾶς ἀγῶνας, quod opus Athanasii nomen falso præfert.

Chrysippi discipuli Euthymii in Joannem D Encomium. Exstat in duobus foliis. ad compacturam recentioris manuscripti usurpatis, charactere unciali IX. sæculi. Patet hunç Chrysippum discipulum esse magni illius Cœnobiarchæ Euthymii, qui sæculo V. floruit, cujusque vitam a Cyrillo discipulo scriptam edidit D. Jacobus Loppin in Analectis nostris. Ibi vide p. 67. ubi dicitur: Χρύσιππος δὲ πολλὰ συγγράμματα κατέλιπε πάσης ἀποδοχῆς ἄξια. *Chrysippus autem complures libros reliquit omni approbatione dignos.*

In codice quodam, Synesii Epistolæ ad 157am. At desunt 30. Priores. Eunapii quædam de vita Sophistarum. Libanii Epistolæ E 264. Æsopi fabulæ & vita per Planudem. Codex est XIV. sæculi.

Codex bombycinus XIV. sæculi, Euthymii Zygabeni Panoplia, cujus Latina tantum versio cusa est.

Codex anno 1559. descriptus Venetiis, Photii Bibliotheca.

Theodori Prodromi expositiones Canonum sacrorum.

Codex XIV. sæculi, Zonaræ historia. Ejusdem alter codex recentior.

Codex recens, Cantacuzeni historia.

Anonymi de genere Saracenorum. Initium: Ἰστέον ὅτι ἡ Φατὴμ θυγατὴρ ἦν τοῦ Μουχούμετ. *Sciendum Phatemam filiam fuisse Muchumeti.*

Lexicon aliud recentius.

Codex XV. sæculi, Herodotus.

Codex XV. sæculi, Diodori Siculi libri quidam ad calcem hæc Amanuensis verba leguntur: Μιχαῆλος Ἀποστόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς αὐτοῦ πατρίδος, πενίᾳ συζῶν, καὶ τήνδε βίβλον μισθοῦ ἐν Κρήτῃ ἐξέγραψεν, id est: *Michael Apostoles Byzantinus post excidium patriæ in Penuria degens, hunc librum mercedis causa in Creta descripsit.*

In codice X. sæculi membran. Luciani quædam.

In codice XIV. sæculi Libanii Orationes.

In alio Heronis Mathematica.

Aspasii in Ethica Aristotelis.

Alexandri Aphrodisiei Simplicii, Blemmidæ, Joannis Philoponi, & aliorum pene innumerorum codices in Aristotelem.

Hippocratis & Galeni codices bene multi istic ut & in aliis Bibliothecis Italicis: nam medica res proximis sæculis multum florebat.

Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου in primum librum Apollonii conicorum.

Hesiodi opera & dies, codex recens.

Aristophanis codices bene multi.

Euripidis non pauciores.

Theognidis γνῶμαι.

Hi codices Græci a me observati: in Latinis pauca notavi.

Lactantii Firmiani institutiones.

Prisciani librorum codex XIV. sæculi.

Nonii Marcelli codex.

Ciceronis operum codices bene multi.

Sallustii codex XIV. sæculi.

Cæsaris item, Plauti, Terentii, Ovidii, Lucani, Auli-Gellii, sive Agellii, codices non pauci.

Persii codex XIV. sæculi.

Tibullus XV. sæculi.

Livre de Tournois envoyé par un Duc de Brunswic, XV. sæculo.

Dantis d'Aligeri, codex auctori pene æqualis, egregie descriptus.

MSS. CODICES MONASTERII
Sancti Benedicti Padolironensis.

COdex Bibliorum membran. X. sæculo.

Origenis operum codex membran. ejusdem ætatis.

Codex X. sæculi membran. Hieronymi epistolæ.

Codex X. sæculi membran. Ejusdem commentaria.

Codex ejusdem ætatis. Hieronymi de Scriptoribus Ecclesiasticis, in quo item quædam Cassiodori, & in fine Probæ Falconiæ carmina. Ad calcem autem legitur:

Proba uxor Adelphi, mater Olibrii, & Aliepii (sic pro Alypii) cum Constantini (sic pro Constantii) Imperatoris bellum adversus Magnentium conscripsisset, conscripsit & hunc librum.

Codex XI. sæculi membran. sic inchoatur: Incipit Tractatus primus S. Ambrosii Episcopi de Epist. Pauli ad Romanos. Deinde sequitur tractatus Domini Remigii venerabilis Monachi, & eruditissimi commentatoris. In omnibus autem nomen suum tacuit, ut cum sapientiæ culmen quoque humilitatis attingeret.

Codex XI. sæculi, Gregorii Magni in Eze-A chielem, & Remigii in Marcum.

Codex X. sæculi, Gregorii Magni in Job.

Codex XIV. sæculi Epistolæ ejusdem.

Codex alter XII. sæculi, Gregorii Morales in Job.

Codex noni sæculi, Isidori Hispalensis, & Juliani Toletani opera.

Codex magnæ molis undecimi sæculi, Burchardus de Potestate & primatu Apostolicæ Sedis.

Claudii Taurinensis Commentum in Ruth, & libros Regum.

Codex XII. sæculi, Hugonis de Claustro corporis & animæ.

Alii item multi codices istic habentur operum Augustini, Hieronymi, Origenis, & antiquarum Joannis Chrysostomi versionum Latinarum.

EX BIBLIOTHECA

EX BIBLIOTHECA S. CÆSAREÆ MAJESTATIS VINDOBONENSI,

Quæ inter præſtantiſſimas Europæ numeratur.

SELECTA EX PETRO LAMBECIO ET NESSELIO.

Petri Lambecii, Tomo primo, pag. 168. & ſeqq.

Catalogus quorumdam Manuſcriptorum codicum Arabicorum, Perſicorum, Turcicorum & Hebraïcorum quos V. Cl. Sebaſtianus Tengnagelius legavit Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi, ubi etiam nunc ſummâ curâ aſſervantur.

ALCORANUM Arabice cum verſione interlineari Turcica. Codex rarus & in ipſo Oriente inventu difficillimus n. 1.

Iſmaëlis Abi Elphadæ. Principis Emiſeni in Syria Coſmographia Arabice ſecundum gradus longitudinis & latitudinis ex diverſis antiquis auctoribus collecta, *fol.* n. 2.

Annales rerum a Muhammede ejuſque ſucceſſoribus, Caliphis, Regibus & Principibus Muhammedanis ubique gentium geſtarum ab initio ejus ſectæ uſque ad Muratis, ſive Amuradis Tertii Imperatoris Turcarum obitum; compoſiti a Seid Muſtaphà filio Haſenis Huſeinis, alias appellato *Genabi*, liber rarus & auro eontra carus Turciee, *in fol.* n. 3.

Mirchondi, ſive Emir Choand Hiſtoriarum Tomi duo. Primus tomus continet hiſtoriam a condito mundo, & vitas omnium Prophetarum & Philoſophorum illuſtrium Græcorum; item vitas Regum Perſarum antiquorum uſque ad Muhammed. Secundus complectitur vitas Muhammedis, Ebubecher, Omar, Othman & Ali, copioſiſſime. Hiſtoria rara, lingua Perſica eleganter ſcripta.

Compendium hiſtoriæ Mirchondææ, auctore Temur Chau, filio ejuſdem Mirchondi, Perſiee, *fol.* n. 5.

Lexieon Perticum Turcica lingua explicatum, auctore Emir Huſein Ajaſſi, cum interpreratione ipſius Sebaſtiani Tengnagelii Latinâ, quam compoſuit 1614. *in-fol.* n. 9.

Lexicon Arabicum Turcice explicatum Anonymi. *fol.* n. 13.

Hiſtoria Turcica de rebus geſtis Suleymanni Imperatoris Turcarum, auctore Miſchangi Baſſa, id eſt, Baſſa Cancellario, conſcripta ſtylo Turcico-Arabico-Perſico elegantiſſime, *fol.* n. 14.

Chronicon Arabicum ab exortu Muhammedis, uſque ad annum Hegiræ ſexcenteſiſimum quinquageſimum octavum, ex Arabicis & Chriſtianis auctoribus collectum, *fol.* num. 15.

SCHOLION.

Æra, ſive Epocha annorum Hegiræ vocatur ſupputatio temporum, qua Arabes, Turcæ cæterique Muhammedani utuntur, in perpetuam memoriam perſequutionis Pſeudoprophetæ Muhammedis ob novæ religionis

professionem, & fugæ ipsius ex urbe Mecha. Contigit autem hæc fuga anno Æræ Christianæ vulgaris sexcentesimo vigesimo-secundo, anno Imperii Heraclii duodecimo, vespera diei decimi-quinti Julii, ineunte secundum consuetudinem Judaïcam feria sexta, sive die Veneris; quem diem propterea Muhammedani tanquam sacrum colunt ea reverentia, qua Judæi Sabbatum, & Christiani diem solis, sive Dominicam. Hinc igitur incipit annus primus Hegiræ.

Tractatus eruditissimus & elegantissimus de admirandis, sive mirabilibus rerum crearum. Continet Historica, Physica & Mathematica complura, stylo mixto Turcico-Arabico. Script. *in*-4°. n. 16.

Historia omnium Prophetarum elegantissime scripta una cum punctis vocalibus, *in*-4°. n. 17.

Lexicon Arabico-Turcicum copiosum & accuratum, auctore Mustapha filio Schemseddini Kara-Hisari (id est, ex nigro Castello) vulgo vocatum Achteri, *in*-4°.

Lugat Halimi, id est, Lexicon, Persicum, Turcice & Arabice explicatum, adjunctis scriptorum Persarum auctoritatibus, auctore Lutph-Assaben Joseph Halimi, rarum & insigne opus, *in*-4°.

Historia Stirpis Othomanicæ ab initio Sultani Othomani, usque ad Sultanum Soleymannum, Turcica lingua, *in*-4°. Desinit in anno Hegiræ 956.

Vitæ Sanctorum quorumdam Sectæ Muhammedicæ, sive Musulmannicæ, quorum index in frontispicio libri exstat. Turcice.

Liber tractans artem divinandi ex Alcorano, & continens tria opuscula eadem materiâ, Arabice. In eodem codice Calendarium Turcicum & distantiæ, sive intervalla præcipuarum urbium Muhammedani Imperii, per milliaria computata a Constantinopoli urbe Regia, *in*-4°.

Historia Othomannica a condito Imperio Othomannico usque ad annum Hegiræ, sive æræ Muhammedanæ 870. Turcice, *in*-4°.

Libellus de Geomantia Turcice, *in*-4°.

Historia miscella, continens mundi creationem, Califarum sive successorum Muhammedis & Ægypti Sultanorum seriem, aliaque cum Historica tum Ethica, *in-quarto*; elegans liber.

Historia de Regibus Sinæ & Persiæ, initio mutila. Turcice, *in-quarto*.

Historia de odio novercali, per dialogum, in quo colloquuntur Rex, Regina & Veziri, sive consiliarii Regis, qui confutant calumnias a Regina privigno objectas; e Persica in Turcicam linguam traducta, & in 40. noctes divisa, *in-quarto*.

Dictionarium, sive explicatio vocum difficiliorum Arabicarum in Misnevi scriptore Persæ, & in Chulistan sive Rosseto, libro morali apud Persas celeberrimo occurrentium, Arabice & Persice. Item Dictionariolum Arabico-Turcicum, *in-quarto*, n. 29.

Liber Persica lingua, eleganti stylo & manu conscriptus, de Rege sive Principe formando, per sententias, exempla & fabulas. Liber nobilissimus in Perside. Vocatur Anvar

A Subeili, *in-quarto*. Traductus ex lingua Indica in Persicam, n. 30.

Abd Elbaki, Poëta celeberrimus apud Muhammedanos. Floruit sub Sultano Suleymanno. Eleganter exaratus. Codex *in-quarto*, num. 31.

Precationes & capitula quædam ex Alcorano Arabice & Turcice, *in-octavo*.

Sententiæ morales variæ ex Locmanno, Platone, Aristotele, Diogene & aliis Philosophis Arabice, *in-octavo*, num. 34.

Miscellanea quædam Arabice & Turcice scripta a captivo quodam in Germania, *in-octavo*, num. 36.

B Miscellanea quædam partim Arabica, partim Syriaca, vetustate detrita & lacera Ascetici cujusdam scriptoris. Institutio ad Monachos. Psalmi quidam Arabice. Vita S. Georgii Martyris. Sententiæ Apocryphæ SS. Joannis, Andreæ, Thomæ, Marci, Lucæ, Matthæi, Petri, &c. Hymnus in S. Georgium Martyrem & in Sanctam Barbaram, Hymnus in B.V.Mariam. Lockmanni sapientis præcepta ad filium. Carmen de vitiis & de pœnis inferni. Hymnus in Nativitatem Christi. Nota dierum male auspicatorum singulis mensibus, & prognosticon singulorum annorum, a Daniele Propheta editum, apocryphum. Hymni

C aliquot in B. Virginem Mariam lingua Syriaca. Fragmentum duorum foliorum de *Planetis Syre*, cum aliis fragmentis, *in-octavo*, n. 37.

Explicatio decisionum & rituum Muhammedicorum, sive jura & cærimoniæ eorum, Arabice eleganter scripta, *in-fol.* num. 38.

Muhammedin, sive vitæ Muhammedis, Abu-Becher, Omar, Othman & Ali Carmine Turcico descriptæ, *in-fol.* n. 39.

Disputatiuncula cujusdam Hispani apostatæ adversus Christianos & Judæos, Arabice, charactere Africano. Inseruntur multa Philosophica ex Aristotele, Algazele, Averroe, &c. *in-fol.* n. 40.

D Explicatio rituum Muhammedicorum, Arabice, in fine deficit, *in-fol.* n. 41.

Aben Sinæ, sive Avicenna, liber secundus de Medicamentis simplicibus, antiquo Africano charactere, Arabice; discrepat in multis ab excuso exemplari Romano, *in-fol.* vel *in-quarto*, grandi. Rarus & eximius codex, n. 42.

Evangelia quatuor Arabice adjunctis Evangelistarum vitis & variis ex textu Syriaco, Ægyptio & Græco lectionibus ad marginem adscriptis. Antiquus, rarus & magni pretii, codex *in-quarto* magno, n. 43.

Commentarius anonymi in Alcoranum Arabice, principio mutilus, *in-quarto*, n. 44.

E Libellus de intentione vultus ad Deum, auctore Murade Beg, interprete Soleimanni Imperatoris, Turcice & Latine, *in-quarto*, num. 45.

Aben vel Ibn Bithar, liber de simplicibus ad curandos omnes corporis humani morbos, distinctus in XX. capita Arabice, n. 49.

Tractatus de ritibus & legalibus Muhammedanorum, Turcice, *in-quarto*, num. 50.

Alcoranum Muhammedis Arabice, *in-quarto*, num. 51.

Chulistan, sive Rosetum, liber moralis & sententiosus, in Persia celeberrimus, Persice, *in-quarto*, num. 52.

Dictionarium Arabico-Turcicum, *in-quarto*, num. 53.

Formulæ diversorum contractuum, instrumentorum & Epistolarum Turcice, *in-4°*. o. 54.

Formulare Epistolarum Turcice, o. 55.

Soureth sive capitula quædam ex Alcorano, quæ in Muhammedanorum templis recitari solent, *in-quarto*, n. 56.

Pars secunda quorumdam Capitulorum ex Alcorano, quæ in templis recitari solent, *in-quarto*, oum. 57.

Pars tertia quorumdam Capitulorum ex Alcorano, *in-quarto*, o. 58.

Pars quinta, *in-quarto*, o. 59.

Pars decima, *in-quarto*, n. 60.

Pars vicesima, *in-quarto*, n. 61.

Dictionarium Turcico-Persicum Auctore Scakidi, *in-quarto*, n. 62.

Grammatica Arabica Ahmedis ben Aly, ben Mesud, & duæ aliæ Grammaticæ, *in-quarto*, num. 63.

Bostan sive hortus, Poëma Persicum, auctore Scheich Saadi Poëta apud Persas nobilissimo, Persice, *in-quarto*, n. 64.

Libellus elegans moralis, partim versu, partim prosa scriptus Persice, *in-quarto*, n. 65.

Liber Schah Cheda, Historia fabulosa carmine Turcico, *in-quarto*, n. 66.

Alcoranum mutilum Arab. *in-quarto*, n. 67.

Liber continens diversa Poëmata Persico-Turcica, *in-quarto*, n. 68.

Negiati Persici Poëtæ elegantissima poëmata lingua Persica, Arabica & Turcica mixtis. Floruit sub Baiazid & Soleymanno Imperatoribus. Eleganter exarata, *in-octavo*, n. 72.

Poëmatum liber lingua Persica, *in-4°*. o. 73.

Chulistan, sive Rosetum lingua Persica, liber moralis, *in-quarto*, n. 74.

Liber de Oratione & ritibus Muhammedanorum Arabice, *in-quarto*, o. 75.

Opuscula quædam Astronomica Arabice, n. 76.

Dictiooatium Persico-Turcicum, auctore Lateph-alla filio Josephi Halimi eleganter scriprum, *in-quarto*, o. 77.

Grammatica Persica & Dictionarium Persicum, *in-quarto*, n. 78.

Chulistan, sive Rosetum Persice, *in-octavo*, n. 79.

Historia Turcica lingua ab origine stirpis Othomannicæ usque ad Imperatorem Bajazidem II. sive annum Hegiræ 896. Carmine & Prosa, *in-octavo*, n. 80.

Chemal Bassæ varia opuscula Arabice, tenui charactere scripta, *in-octavo*, n. 81.

Capitula quædam & preces ex Alcorano, ut & Calendarium Turcicum rarum & mirandum, quod complectitur non solum festa Muhammedanorum, sed & Christi, & B. Virginis Mariæ, aliorumque Sanctorum partim Turcice, partim Arabice, *in octavo*, n. 82.

Poëmata elegantia lingua Persica, *in-octavo*, n. 83.

Poëmatum libellus Persice, *in-octavo*, n. 84.

Grammatica Ahmedis Ibn Ali, Ibn Mesud. *in-octavo*, n. 85.

Colloquia Persice & Turcice, elegans libellus ad discendam linguam Persicam. Io eodem codice, de peregrinatione Mechana libellus: Dictionarium in Chulistan. Aliud dictionariolum Arabico-Turcicum, *in-octavo*, oum. 86.

Collectanea ex diversis antiqnis Scriptoribus Arabicis congesta, complectentia Historias, Doctorum virorum vitas, Geographica, Ethica, & variarum rerum miscellam, eleganter scriptus, *in-octavo*, n. 87.

Tredecim libelli precationum Arabice & Turcice, *in*-12. & *in*-16.

Nonnulla opuscula incompacta & mutila Arabica & Turcica.

Alcoranum Arabicum elegantissima manu exaratum, quod Tengnagelio donavit eruditissimus pariter ac generosissimus Baro Enenckelius, *in-octavo*, n. 101.

Alcoranum satis pulcre scriptum, *in-octavo*, n. 102.

Alcoranum nitido tenuique charactere, *in-octavo*, n. 103.

Alcoranum pulcherrimo tenuissimoque charactere Bagdadi exaratum a Jacobo Mustazimo, anno Hegiræ Muhammedicæ sexcentesimo quinquagesimo quinto *in*-12. n. 104.

Capita quædam ex Alcorano, *in*-12. n. 105.

Libellus docens, quantum preces nonnullæ Muhammedanæ valeant, & a quibus hiberent in eod. codice fabulosæ quædam historiæ de Muhammede & sociis ejus, Turcice, *in-4°*.

Historia de cæde Hussein filii Aly, generi Muhammedis, patrata a Jezid filio Muaviæ, Carmine Turcico composita, *in-4°*.

Libellus Arabicus cum versione interlineari Turcica, *in-8°*.

Quinque libelli precum Turcicarum & capitulorum aliquot ex Alcorano, quæ amuleti loco appensa collo gestari solent, *in*-16.

Capita quædam primæ & secundæ Epistolæ ad Corinthios, lingua Arabica, *in-4°*.

Rudimenta quædam linguæ Arabicæ, collecta a Joanne Alberto Widmanstadio, *in-4°*.

Enchiridioo precum & capitulorum Alcorani, iovolutum thecæ laneæ cæruleæ, *in*-16.

Calendarium Arabico-Turcicum, adjecta Persarum oumerandi ratione. Item explicatio Alcorani, tractatus de 12. Signis Zodiaci & de Arte Geomantica, necnon alia miscellanea Astronomica, *in-4°*.

Enchiridii precum tria exemplaria, *in*-12.

Lexicoo Syro-Arabicum a Moyse oriuodo e Tzaura prope Meredin filio Sacerdotis Isaki e pago Kolacx, Ignatii Patriarchæ Antiocheni legato, collectum *in-fol*.

Rituale Ecclesiasticum Serviorum vel Bulgarorum, lingua & literis eorum exaratum, *in* 40.

Psalterium Davidicum lingua & charactere Syriaco. Codex antiquus, *in-8°*.

Officium precum sacrarum lingua & charactere Æthiopico, sive Abyssino. Codex antiquus, *in*-12. in membrana.

Thoros Patriarchæ Armeniorum commentarius lingua Armenâ in Evangelia. Floruit is anno 1054. codex antiquus, *in-8°*.

Libellus precum lingua Armenâ codex antiquus, *in*-12.

Petri de Alcala lexicon Arabico-Hispanum Granatense a Sebastiano Tengnagelio in ordinem Alphabeticum redactum, *in-fol*.

Abdallæ Buchari Hist. de rebus Muhammedis, *in-fol*.

Sylloge miscellanea vocabulorum Arabicorum, Persicorum, Turcicorum & Armenicorum cum interpretatione latina, ut & calendarium Sanctorum Arabice, ex Bibliotheca Palatina. A

Miscellanea Arabica Turcica & Hebraïca, a Sebastiano Tengnagelio, cum his linguis operam dare inciperet, collecta.

Catalogi diversi librorum aliquot rariorum, & Dictionarium Arabicum latina interpretatione, ex Bibliotheca Palatina, *in fol.*

Sylloge variarum Epistolarum aliarumque schedarum Turcicarum & Arabicarum, *in fol.*

Alcoranum Arabicum, *in-4°.*

Pars decima tertia capitulorum quorumdam ex Alcorano, quæ in templis Muhammedanorum solent recitari Arabice, *in-4°.* B

Azoaræ quædam Alcorani Arabice, *in 4°.*

Gemaleddin Ibu Albugieb, compendium expositionis Alcorani, *in-4°.*

Expositio quædam in Alcoranum Arabice, *in-4°.*

Observationes Grammaticæ in Alcoranum auctore Gemaleddiu Ebu Omar. ben Alhagieb, Arabice, *in-4°.*

Grammaticæ observationes auctore Abdallahben Hascham Alanzari Alnebui, *in-4°.*

Geographiæ fragmentum eximium linguâ Persicâ, *in-4°.* C

Colloquium Persico Turcicum, & professio religionis Turcicæ, aliaque miscellanea, *in-8°.*

Haphizæ Scirasi Poëtæ Persici poëmata eruditissima & elegantissima, *in-8°.*

Liber elegans de mirabilibus rerum creatarum Turcice & Arabice, *in-8°.*

Libellus Arabicus, quem Josepho Scaligero donavit Carolus Labbæus, *in-8°.*

Alcoranum Muhammedis Arabicum incredibili elegantia exaratum, *in-8°.*

Andreæ Bellunensis glossarium nominum Arabicorum ex Avicena, aliaque miscellanea Arabica, *in-12.* D

Libellus Arabicus continens varias preces & superstitiosas figuras, *in-12.*

Liber Arabicus quem Tengnagelio donavit Petrus Pasmannus ex Societate Jesu, postea Archiep. Strigoniensis, demum Cardinalis.

Mechabberoth, sive compositiones Rabbi Salomonis filii R. Abrahami. Est autem Lexicon Hebraïcum R. Davidem Kimchi & alios Lexicographos antiquitate antecellens, scriptum anno mundi secundum Epocham Judæorum 4921. hoc est anno Christi 1160. inquit Lambecius.

Elzaharavi Medici Arabis vetusti Methodus universalis medendi omnibus morbis. Liber ex Arabico in Hebraïcam linguam versus a Rabbi Mesculam ben Jonæ. E

Averrois Epitome Almagesti sive magnæ constructionis Ptolemæi Alexandrini, ex Arabica in Hebraïcam linguam conversa a R. Jacob ben R. Aba Mor, ben R. Simson, ben R. Antoli. In eodem codice, Abi Ali ibn Elbitam Arabis, opusculum de sphæra, sive introductio in Astronomiam ex Arabico in Hebraïcum versa. In eodem codice Euclidis Elementa ex Arabico in Hebraïcam lingua conversa.

Liber de Nativitatibus, sive de Astrologia Judiciaria R. Abraham Aben Ezra auctore: Quod opus bis reperitur in hoc catalogo.

Averrois compendium in libros Aristotelis de generatione & corruptione & in parva naturalia, ex Arabico Hebraïce conversum. In eodem codice Aristoteles de animalibus Hebraïce. Averrois hic multa alia opera enunciantur, itemque Maimonidis, Muhammedis Alfargani.

Sepher Habbahir, liber Cabalisticus More Nevochim.

Aben Ezra & alii Rabbini.

Avicennæ libri.

Aristotelis opera Hebraïce conversa aliaque Rabbinorum opera multa, Philosophorum, medicorum & aliorum.

Galeni opuscula Hebraïca.

Elgazal, sive Algazel Philosophus Arabs Hebraïce conversus.

Rabbi Levi opus Astrologicum Hebraïcum; excerptum ex antiquis monumentis Indorum, Persarum, Ægyptiorum, Mesalaki, Ebu Maser, Albatuki, Eitzophi, Elchendi, Aben Ezra, Alfargani, Jechiæ ben Abi Mantzor, Abrahami Elzarkal, Elgazali, Elandruzgeri Israelitæ & aliorum. Liber rarus & magni precii, inquit Lambecius, elegantissimo antiquo charactere exaratus in membranis, *in-4°.*

Anonymorum Judæorum de Medicina Hebraïce.

Porphyrii Isagoge in quinque voces, cum expositione Averrois Hebraïce.

Sepher Hathrumah. Liber partim juridicus, partim Ritualis Hebraïce.

Almagestum, sive magna constructio Ptolemæi Hebraïce.

Hippocratis Aphorismi cum comment. Hebraïce.

Rabbi Schemuel Aben Tybbun Physica Alii multi libri de Medicina Hebraïce.

Mathematici tractatus Hebraïci.

Ali Aben Ragel, Astrologiæ libri octo Hebraïce.

Aruch. Sive Lexicon Thalmudicum & Chaldaïcum.

Maimonidis compendium totius operis Thalmuldici.

Petri Lambecii, Bibliotheca Cæsarea Vindobonensis.

CODEX Vetustissimus Cæsareus, Dioscoridis opera complectens, de quo pluribus agit Lambecius in Bibliotheca Cæsarea, libro 2. c. 7. ineunte sexto sæculo descriptus fuit ad usum Julianæ Augustæ, ut palam est ex ipsius Julianæ Augustæ Schemate cum aliis figuris elegantissima pictura expressis circumposito nomine ΙΟΥΛΙΑΝΑ.

Inter alia Schemata eleganter depicta quæ in hoc codice visuntur, in secundo folio depicti comparent septem ex antiquioribus celebrioribus Medicis, primus Chiron Hippocentaurus, qui tamen, non Centauri, sed hominis forma depingitur. Secundus Machaon Æsculapii filius. Tertius Pamphilus. Quartus Xenocrates. Quintus Νίγρος, sive Niger. Sextus Heraclides. Septimus Mantias.

In

In tertio folio septem alii Medici depicti exhibentur. Primus Galenus, Secundus Crateras. Tertius Apollonius. Quartus Andreas. Quintus Dioscorides. Sextus Nicander. Septimus Rufus. Codex hic unciali charactere quadrato & rotundo descriptus est, sine accentibus & Spiritibus, ut illo ævo scribebatur.

In hoc eodice non eo ordine & modo proceditur, quo a Dioscoride ipso liber editus fuerat; sed illo mutato, secundum Galeni methodum, qui per alphabeticum nominum cujusque plantæ ordinem omnia disposuerat, Dioscorides etiam concinnatus fuit, illo tamen reclamante & Alphabeticum ordinem B summe improbante, ut alibi ostendimus. Cæsarei quoque ordinem servat Neapolitanus codex Augustinianorum, qui ejusdem ætatis est atque Cæsareus. Verum Regius codex Dioscoridis qui illis parum ætate concedit, priscum Dioscoridis ordinem servavit.

P. 788. Lambec. Lactantii codicem Cæsareum memorat cujus etiam varias lectiones affert.

Et pag. 790. Epistolarum S. Hieronymi codicem, & alium S. Ambrosii operum.

Et p. 800. Rufini Aquileiensis codicem charactere unciali in caput 49. libri Geneseos de Benedictionibus duodecim Patriarcharum.

Et p. 810. Justiniani digestum vetus & Justiniani Novellæ.

P. 860. Martini Poloni Chronicon, in quo deest historia Joannæ Papissæ.

P. 943. Titi-Livii Historiæ Romanæ, libri quinque in codice vetustissimo.

Et p. 947. alius Titi-Livii codex.

P. 981. M. T. Ciceronis codices quidam.

P. 985. Terentii, Horatii, L. Annæi Senecæ, Ovidii, Auli Persii, & Statii codices.

P. 1007. & seqq. de codice Cæsareo, cujus 26. tantum folia supersunt ex libro Geneseos, literis uncialibus quadratis & rotundis, sine accentibus, vel spiritibus: ubi quæ narrantur in D serie, depictis etiam imaginibus illustrantur. De quo præcipue agitur Tomo sequenti, libro III.

Tom. III. liber III.

Codex I. membranaceus pervetustus Græcus continet Biblia sacra veteris & novi Testamenti, eum annotationibus.

Codex II. est antiquissimus, qui viginti sex tantum foliis constat unciali charactere sine accentibus & spiritibus in quo passim imagines depinguntur eorum quæ in libro Geneseos narrantur.

Codex III. membr. Græcus antiquus, continet octateucbum, cum annotationibus E marginalibus.

Codex IV. membr. Græcus antiquus Genesis cum commentariis multorum, quorum nomina ad marginem adscripta sunt.

Codex V. bombycinus Græcus, libros quatuor Regum complectitur.

Codex VI. membranaccus Græcus pervetustus. Liber Job cum præviis monitis & brevibus annotationibus, & Proverbia Salomonis cum annotationibus. Proverbia autem hic in classes duas divisa sunt. Sequuntur Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientia Salomonis, Ecclesiasticus, sive liber Sapientiæ A Jesu filii Sirach.

Codex VII. Græcus membranaceus pervetustus & optimæ notæ, similiter eosdem libros complectitur. 1. Job. 2. Proverbia Salomonis in duas classes divisa. 3. Ecclesiasten. 4. Canticum Canticorum. 5. Sapientiam Salomonis. 6. Psalmos Salomonis octodecim supposititios, quorum ut ψευδεπίγραφων meminit Zonaras, in commentario ad Concilii Laodiceni Canonem quinquagesimum nonum. 7. Sapientia Jesu filii Sirach.

Codex VIII. bombycinus Græcus mediocriter antiquus. 1. Job sine ulla divisione in capita. 2. Proverbia Salomonis in duas classes divisa. 3. Canticum Canticorum in partes quindecim divisum. 4. Ecclesiasten, cum anonymi annotationibus.

Codex IX. bombycinus Græcus mediocriter antiquus. 1. Liber Jobi cum annotationibus marginalibus. 2. Cosmæ Indicopleustæ liber, quo probare nititur cœlum non esse sphæricum, quem nos cum aliis edidimus in collectione nova anno 1706. 3. Anonymi excerpta Theologica. 4. Aristotelis Topicorum Libri octo. Ejusdem de Sophisticis Elenchis, & Analytica priora.

Codex X. membran. Græcus, vetustus, Psalterium eum amplissimo commentario.

C Codex XI. bombycinus Græcus vetustus Psalterium cum amplissimo commentario.

Codex XII. membranaceus Græcus vetustus, Psalterium cum commentario Patrum & Scriptorum.

Codex XIII. bombycinus Græcus antiquus, partem Psalterii continet.

Codex XIV. membran. Græcus antiquus, partem Psalterii continet cum expositionibus Patrum & Scriptorum, qui a Lambecio recensentur.

Codex XV. bombycinus Græcus scriptus anno mundi 6742. Christi 1234. Psalmos continet cum catena, & Cantica varia Scripturæ sacræ.

Codex XVI. membranaceus Græcus vetustus. Psalterium cum notis.

Codex XVII. membran. Græcus vetustus, Psalterium usque ad Psalmum quinquagesimum inclusive.

Codex XVIII. membran. Græcus vetustus, initio & fine mutilus. Psalterium, in quinque libros divisum.

Codex XIX. membran. Græcus antiquus, Psalterium divisum in viginti sectiones, & varia Cantica veteris Testamenti.

Codex XX. membran. Græcus antiquus, Psalterium elegantissimum. Hic codex ritu omnino singulari concinnatus ad Ecclesiam Coloniensem sancto Gereoni Martyri dicatam pertinuit, estque magna ex parte aureis literis instructus. Non illa altitudine latitudineque, qua solent cæteri Mss. Græci; sed solum in duodecimo, & constat ducentis sexaginta quinque foliis.

In primi folii pag. S. Gereon Martyr depingitur armatus, qui ut in urbe Colonia Agrippina narratur, cum trecentis decem & octo in ea ipsa urbe anno 297. pro fide Christi jussu Maximiani Herculii cæsi sunt, ipse quoque Martyrio coronatus est. Postea sequitur Ca-

non Paschalis ab anno mundi 6585. Christi 1077. ad annum mundi 6628. Christi 1120. quo scriptus est hic codex, sequuntur postea procemia in Psalterium, & postea in sequentibus paginis imagines B. Mariæ Virginis Christum infantem tenentis, deinde Christi crucifixi, postea Regis Davidis. Sequitur Psalterium Græce & Cantica varia veteris Testamenti.

CODEX XXI. bombycinus Græcus vetustus Psalterium & Cantica multa veteris & novi Testamenti.

CODEX XXII. bombycinus Græcus antiquus. Psalterium cum variis Canticis veteris & novi Testamenti.

CODEX XXIII. bombycinus Græcus antiquus. Psalterium & Cantica ut supra, in Psalterio est versio Latina usque ad nonum Psalmum tantum.

CODEX XXIV. membranaceus Græcus antiquus, Psalterium cum Canticis ut supra adjuncta versione Latina.

CODEX XXV. bombycinus Græcus. 1. Proverbia Salomonis. 2. Basilii Macedonis capita commonitoria 65. ad filium Leonem Philosophum. 3. Sententiæ variæ Sanctorum veteris & Novi Testamenti. Deinde alia quædam sequuntur.

CODEX XXVI. bombycinus Græcus antiquus. Proverbia Salomonis & Esaias cum commentariis.

CODEX XXVII. bombycinus Græcus antiquus, Partem continet Esaiæ & partem Psalmorum.

CODEX XXVIII. membr. quatuor Evangelia.

CODEX XXIX. membranaceus Græcus antiquus. Quatuor Evangelia. Quæ præcedit Epistola Eusebii ad Carpianum. Aute S. Lucæ Evangelium quædam habentur ex Hippolyti Thebæi Chronico.

CODEX XXX. membr. Græcus antiquus. Quatuor Evangelia.

CODEX XXXI. membr. Græcus antiquus. Quatuor Evangelia.

CODEX XXXII. membr. Græcus antiquus. Quatuor Evangelia.

CODEX XXXIII. membr. Græcus. Item quatuor Evangelia.

CODEX XXXIV. membr. Græcus, Acta Apostolorum, septem Epistolas Catholicas, Epistolas Pauli & Apocalypsin. Sequuntur quædam de Dorotheo, de duodecim Apostolis & septuaginta discipulis. Chronologia Episcoporum Byzantinorum, Chronologia Pontificum Romanorum, Alexandrinorum, Antiochenorum, Jerosolymitanorum. Regum Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum. Imp. Romanorum a Julio Cæsare ad Basilium II. & Constantinum octavum.

De hoc insigni codice multa profert Lambecius, quæ non ad literam referenda, sed pauciotibus quam ille verbis explicanda videntur.

Hic codex membranaceus & pervetustus *in*-4°. constat foliis trecentis sexaginta octo, fuit olim Arsenii Archiepiscopi Monembasiæ, ut ibidem scriptum legitur, posteaque in manus Tegnagelii supra memorati venit, & in Bibliothecam Cæsaream inductus est. Continet autem Acta Apostolorum, Epistolas Catholicas, Epistolas Pauli & Apocalypsin.

Præmittuntur primo in isto codice quasi procemii loco: Primo, Index omnium lectionum ex Actis & Epistolis desumtarum quæ in Ecclesia Constantinop. in Sabbatis, Dominicis & festis legebantur.

Secundo, Hebraïcorum nominum Interpretatio.

Tertio, Propheticorum nominum Interpretatio.

Quarto, Dorothei Episcopi Tyri libellus de duodecim Christi Apostolis & de Septuaginta Discipulis. Duodecim vero Apostolorum nomina hic proferuntur, similiterque Septuaginta Discipulorum nomina perscribuntur, quæ longius esset referre.

Quinto, Fragmentum historicum de duodecim Apostolorum & Beatissimæ Dei Genitricis Baptismate & de Genealogia Christi ex Sophronio Patriarcha Jerosolymitano.

Sexto, Anonymi cujusdam de diversis vocis illius *ἀνάστασις* significationibus.

Septimo, Anonymi de diversis vocis istius *φύσις* significationibus ex Scriptura sacra.

Octavo, De benedictione qua usus est Jesus filius Nave, sive Josue.

Nono, Annotatio quædam de Gomer & de Siclo Hebræorum, item de summo Sacerdote & de duodecim gemmis in ejus pectorali positis.

Decimo, Anonymi cujusdam procemium, procemio sancti Lucæ præmissum in Acta Apostolorum.

Post Apocalypsin autem multa subjunguntur hoc ordine:

Primo, Hebraïcorum aliorumque peregrinorum nominum in Apocalypsi S. Joannis occurrentium interpretatio ordine alphabetico.

Secundo, commentariolus de viginti-quatuor gemmis, quarum in Apocalypsi S. Joannis fit mentio, ut est de illis gemmis, quæ memorantur in Exodo & apud Prophetam Ezechielem.

Tertio, interpretatio nominum Hebraïcorum Epistolæ S. Barnabæ Apostoli quam S. Hieronymus, cap. 6. de Scriptoribus Ecclesiasticis refert legi inter Scripturas apocryphas.

Quarto, Nomina & ordo duodecim mensium apud diversas gentes; nempe apud Romanos, apud Græcos antiquos more communi, apud Hebræos, apud Ægyptios, apud Cappadoces, apud Athenienses, apud Lacedæmonios, apud Bithynos, apud Cyprios, apud Macedonas, & apud Græcos Christianos post Imperatoris Constantini Magni tempora (*Hic notat Lambecius*). Beneficio hujus commentarii Manuscripti illustrari non mediocriter & augeri possunt quæ de diversarum gentium mensibus scripsere Joannes Lalamantius in opusculo de præcipuarum gentium anni ratione, & cum Romano collatione, edito apud S. Crispinum anno 1571. *in*-8°. Josephus Scaliger in opere de Emendatione temporum, & R. P. Dionysius Petavius in Opere de Doctrina temporum, quod contra jam memoratum Scaligeri opus edidit.

Quinto, Alphabetum Hebraïcum, literis ab hodierna scribendi ratione valde diversis exa-

ratum, & adjuncta explicatione Græca illustratum : item nomina Hebraïca quatuor Archangelorum cæterorumque Angelorum, & quatuor fluviorum Paradisi cum interpretatione Græca.

Sexto, Chronologia Episcoporum & Patriarcharum Byzantinorum, sive Constantinopolitanorum a sancto Stachy, quem S. Andreas Apostolus primum ordinavit Byzantii Episcopum, usque ad Nicolaum cognomine Mysticum, qui anno Christi 890. electus est, & anno 930. obiit; & continuatio ejusdem Chronologiæ a jam memorato Nicolao usque ad Joannem Xiphilinum, qui anno Christi 1066. electus est, & anno 1078. obiit. Incipit deinde ipsa recensio Episcoporum & Patriarcharum sic Latine versa : *Recensio eorum qui a Servatore Christo Constantinopoli Episcopi fuere ante Imperium Constantini, & eorum qui post Imperium ejus Patriarchæ fuerunt, nempe a Metrophane usque ad Nicolaum. Andreas sanctissimus Apostolus cum Byzantium venisset, & ibi salutare verbum prædicavisset, Ecclesiamque fidelium constituisset, oratoriamque domum in eo loco e regione posito, qui nunc Argyropolis dicitur, excitavit; in quo postea deposita fuere reliquiæ S. Martyris Adriani; ordinavit Stachyn primum ejusdem urbis Episcopum, quem commemorat Paulus in Epistola ad Romanos, qui Episcopatum tenuit annis 16. secundus Onesimus annis 14. Tertius Polycrates annis 18. Quartus Plutarchus annis 16. Quintus Sedecion, &c.* Extant quidem tres aliæ eorumdem Episcoporum & Patriarcharum antiquæ Chronologiæ Græcæ, nempe prima Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, Chronographia compendiaria, quæ pertingit usque ad Photium; secunda in tomo primo juris Græco-Romani a Frehero editi, quæ pertingit usque ad Josephum, Germani Adrianopolitani successorem; tertia in R. P. Philippi Labbæi Protreptico Corporis Historiæ Byzantinæ, quæ pertingit usque ad Josephum illum, qui Florentiæ in Concilio Generali obiit : sed multo illis accuratior atque uberior est, quæ exstat in codice hoc Manuscripto Cæsareo; ideoque alio posthac tempore in supplemento corporis historiæ Byzantinæ integra a me publicabitur. Interim prævie notandum est, Euthymium illum, qui Patriarchæ Nicolao Mystico, ab Imperatore Leone Sapiente injuste deposito, suffectus est, Episcoporum & Patriarcharum Byzantinorum numero ibi excludi : ideoque Joannem Xiphilinum, cum quo Chronologia illa desinit, non numerari nonagesimum nonum, sed nonagesimum octavum, nec tredecim Patriarchalis regiminis annos illi tribui, ut in supra memorato corpore juris Græco-Romani, sed tantum annos undecim.

Septimo, Chronologia summorum Pontificum Romanorum a sancto Petro usque ad Honorium primum, qui anno Christi 626. electus est, & anno 636. obiit. Titulus ejus una cum principio est talis Latine redditus : *Quotquot Romæ Episcopi fuerunt a Servatore nostro Jesu Christo. Primus, Petrus annis duobus* (sic) *secundus Linus annis duobus. Tertius, Cletus annis octo. Quartus, Clemens, annis novem, &c.*

Octavo, Chronologia Episcoporum & Patriarcharum Alexandrinorum a sancto Marco Apostolo usque ad Joannem Cyprium cognomine Eleemosynarium, qui ibi numeratur quadragesimus quartus.

Nono, Chronologia Episcoporum & Patriarcharum Antiochenorum a sancto Petro Apostolo, usque ad Anastasium Diaconum Constantinopolitanum, qui ibi numeratur quinquagesimus-quintus.

Decimo, Chronologia Episcoporum & Patriarcharum Hierosolymitanorum, a sancto Jacobo cognominato fratre Domini, usque ad Zachariam Presbyterum Constantinopolitanum, qui ibi numeratur quinquagesimus-tertius.

Undecimo, Chronologia Reipublicæ Hebræorum ab Adamo usque ad Regem Sedekiam, qui a Rege Babyloniorum Nabuchodonosore post expugnationem urbis Hierosolymitanæ excæcatus est.

Duodecimo, Chronologia Regum Chaldæorum, Assyriorum, Persarum & Ægyptiorum a Nabuchodonosore usque ad Cleopatram.

Decimo-tertio, Chronologia Imperatorum Romanorum a Caio-Julio Cæsare usque ad Basilium II. & Constantinum VIII. Imperatores, Romani II. sive junioris filios, qui post Joannem Tzimiscem veneno exstinctum imperare cœperunt anno Christi 975. die 4. Decembris; & continuatio ejusdem Chronologiæ, manu aliquanto recentiore, usque ad Michaëlem Ducam cognomine Parapinacium, qui successit in Imperio Vitrico suo Romano Diogeni, anno Christi 1071. circa Kalendas Octobris.

Codex XXXV. membr. Græcus antiquus. Acta Apostolorum, Epistolas Pauli & Catholicas 7. continet.

Codex XXXVI. membr. Græcus eadem ipsa complectitur.

Codex XXXVII. membr. Græcus, eadem ipsa continet. Ante Epistolam S. Jacobi est quasi Epistola dedicatoria ad Athanasium Archiepiscopum Alexandrinum.

Codex XXXVIII. membr. Græcus antiquus commentaria in quatuor Evangelia.

Codex XXXIX. bombycinus Græcus antiquus. Commentarius in quatuor Evangelia.

Codex XL. membran. Græcus antiquus. Expositiones Patrum in Evangelia Matthæi, Lucæ & Joannis.

Codex XLI. membran. Græcus antiquus Commentarius in Evangelium Matthæi.

Codex XLII. membr. Græcus. Catena in Evangelium Lucæ ex multis Patribus qui a Lambecio nominantur, nempe Africano, Athanasio, Basilio, sic alphabetico ordine a Lambecio recensitis, Alexander Abbas, Amphilochius, Anastasius, Antipater.

Codex XLIII. bombycinus Græcus. Homiliæ in Evangelia per annum.

Codex XLIV. bombycinus Græcus. Homiliæ cujusdam in Evangelia Dominicalia.

Codex XLV. bombycinus Græcus. Homiliæ 54. in Acta Apostolorum. Deinde quædam Gregorii Neocæsariensis, Gregorii Nazianzeni & aliorum.

Codex XLVI. bombycinus Græcus.

Interpretationes Epistolæ Pauli ad Romanos itemque primæ ad Corinthios. Deinde Anastasii Sinaitæ Senioris adversus Acephalos hæreticos. Et Joannis Patriarchæ Jerosolymitani disputatio de Azymis.

CODEX XLVII. bombycinus Græcus. Anonymi commentarius in præcipua loca veteris & novi Testamenti ex multis Scriptoribus, qui hic nominantur.

Fol. 62. verso, Amelii Philosophi Platonici, qui Plotini fuit discipulus, testimonium de Incarnatione Christi.

Fol. 322. Recensentur præcipui Græciæ Legumlatores, nempe Lycurgus Lacedæmoniorum, Apis Argivorum, Mnesion Phocensium, Demonax Cyrenæorum, Pagondas Achæorum, Anchias Cnidiorum, Eudoxus Milesiorum, Philolaus Thebanorum, Pittacus Mitylenæorum, Nestor Pyliorum, Solon, & Draco, & Clisthenes Atheniensium.

CODEX XLVIII. bombycinus Græcus. Sylloge & brevis expositio præcipuarum veteris Testamenti sententiarum.

Fol. 52. Stephani Ephesii Canonica Synopsis, sive Canonum Apostolorum epitome, quam nunquam editam fuisse putat Lambecius.

CODEX XLIX. membranaceus Græcus. S. Dionysii Areopagitæ opera.

Fol. 117. Fragmentum Epistolæ Polycratis ad Victorem Romanum Pontificem.

Ibid. Fragmentum orationis Clementis Alexandrini, *Quis dives salvus esse possit*.

Fol. 118. & 119. Fragmenta septem ex libro Philonis de vita contemplativa.

CODEX L. membranaceus. S. Dionysii Areopagitæ opera.

CODEX LI. membran. Græcus antiquus S. Dionysii Areopagitæ opera.

CODEX LII. bombycinus Græcus. S. Maximi Scholia in S. Dionysium Areopagitam de Cœlesti Hierarchia.

CODEX LIII. bombycinus Græcus antiquus. Origenis Philocalia, in fine mutila.

CODEX LIV. bomb. Methodii Martyris liber περὶ αὐτεξουσίου de libero arbitrio.

CODEX LV. membran. Græcus antiquus 1. Eusebii Cæsariensis liber quatuor Eclogarum Propheticarum de Christo. 2. Joan. Philoponi in Hexaëmeron. 3. Ejusdem de tempore celebrandi Paschatis. 4. Philonis Hebræi opera quædam. 5. Cyrilli Jerosolym. Catecheses.

CODEX LVI. bombycinus Græcus commentarius in Cantica Canticorum & explanatio eorumdem Nicephoro Botaniatæ, *sive* Βοτανειάτῃ oblata.

CODEX LVII. bombycinus Græcus antiquus, S. Athanasii opera, qui codices perrari sunt.

Fol. 241. Marci Diadochi contra Arianos.

Inseruntur etiam in recensione Epistolæ variæ, quas Athanasius ipse refert.

Fol. 361. & seqq. S. Cyrilli Alexandrini commentaria in Exodum, in Leviticum, in Numeros & in Deuteronomium.

Fol. 420. S. Joannis Damasceni contra Nestorianam hæresim. Theodoreti Cyri Epistola ad Monachos. Item ejusdem Demonstratio quod Christus homo, unus sit filius.

CODEX LVIII. bombycinus Græcus, Athanasii ad Antiochum & quædam alia.

CODEX LIX. bombycinus Græcus. Athanasii Epistola trigesima nona Festalis de libris Scripturæ Sacræ. Ex Hippolyti Chronico quædam, & alia multa Gregorii Nazianzeni, Cyrilli Alex. Sophronii, Gregorii Nysseni, Gregorii Thaumaturgi.

CODEX LX. bombycinus Græcus. Athanasii Synopsis Scripturæ sacræ. Et alia quædam, inter quæ excerpta quædam ex Suidæ Lexico & in fine Epistola S. Basilii ad Gregorium Nyssenum fratrem.

CODEX LXI. membranaceus Græcus. S. Ephræm Syri sermones.

CODEX LXII. membranaceus Græcus antiquus. S. Basilii Magni in Hexaëmeron, S. Gregorii Nysseni de formatione hominis & alia ejusdem opera.

CODEX LXIII. bombycinus Græcus. S. Basilii in Hexaëmeron. Gregorii Nysseni de structura hominis. Basilii adversus Eunomium.

Fol. 227. Epistolæ quædam Basilii Magni, Gregorii Nazianzeni, Antipatri Præsidis, & Libanii.

CODEX LXIV. bombycinus Græcus. Basilii in Hexaëmeron, Gregorii Nysseni quædam. Basilii Magni alia opera multa, Gregorii Nysseni & Germani C. P. Episcopi quædam.

Fol. 270. Basilii Magni Epistolæ 34. Deinde Joannis Damasceni quædam: Gregorii Noni Confessio missa ad Germanum C. P. Episcoporum. Germani & Synodi responsio.

Fol. 375. & 376. Quomodo Latini ob diversitatem opinionis de Processione Spiritus sancti separaverint se a Græcis. Hæc prolixa sunt & lectu digna videntur.

CODEX LXV. bombycinus Græcus, S. Basilii in Hexaëmeron. Quædam Gregorii Nysseni & Theodori Studitæ. Basilii ad Monachos Fragmentum de duabus Christi naturis. Eustachii de correctione vitæ Monasticæ. Theodori Smyrnæi de Natura & Principiis naturalibus. Antonii Monachi Studitæ. Oratio in Virginem Deiparam.

CODEX LXVI. bombycinus Græcus. Basilii in Hexaëmeron.

Epistola Nicolai V. ad Constantinum Palæologum ultimum Imperatorem Constantinopolitanum.

CODEX LXVII. membranaceus Græcus vetustus, Basilii Magni opera & Epistolæ.

CODEX LXVIII. membr. Græcus antiquus. Basilii Magni opera: Joannis Chrysostomi Homiliæ tres in Matthæum.

CODEX LXIX. bombycinus Græcus. Basilii Magni opera & Epistolæ quædam.

CODEX LXX. membran. Græcus vetustus, Basilii Magni expositio in 16. capita Esaiæ.

CODEX LXXI. bombycinus Græcus. Basilii Magni 16. capita, Esaiæ expositio.

CODEX LXXII. bombycinus Græcus Basilii Magni in 16. capita Esaiæ.

